



P A R S IV.
 C R I S I S A S T R O L O G I C A,
Sive
 De Astrologia naturali, & Judi-
 ciaria.



Vix aliud est in patentissi-
 mo hujus mundi thea-
 tro adeò spectabile, ac
 magnificentum, quàm ip-
 sum cælum siderum,
 quod est veluti quoddam propylæum,
 ac vestibulum habitationis summi
 illius Monarchæ, ac Omnipotentis
 Dei, quod externo hoc suo, & ad-
 mirabili tot siderum apparatu, &
 splendore aliquam ostentat interioris
 illius aulæ gloriam, & mansionis di-
 vine majestatem. Meritò proinde
 exclamat Propheta Baruch cap. 3.
*O Israël, quàm magna est domus Dei,
 & ingens locus possessionis ejus! Et rur-
 sus eodem capite: Stella autem dede-
 runt lumē in custodijs suis, & latate sunt:
 vocatae sunt, & dixerunt: adsumus:
 & luxerunt ei cum jucunditate, qui
 fecit illas.* Certè, quidquid est in
 hoc orbe terraqueo nobile, pretio-
 sum, & à mortalibus æstimatum, à
 sole splendorem, & pretium acci-
 pit. Sine sole namque cæteroquin
 splendidissima sunt obscura, & in
 tenebris sepulta. Sole absente ocu-
 los non recreant flores, non lucent

adamantes, non micat aurum, non
 splendet argentum. Inter aulas &
 stabula, inter fimeta, & viridaria,
 inter palatia & rudera absente sole vix
 ulla est differentia. Imagines &
 picturæ nobiles, artificiosa machinæ,
 sculpturæ mirabiles ex maiore &
 ebore sunt umbra sine sole. In egræ
 regiones ac provinciæ, & dimidia
 terræ facies sole occidente umbra
 sunt, & quædam mortis species. Sol
 igitur est illa mundi lampas illustri-
 sima, quæ quotidie noctis fugat re-
 nebras, lucem nobis impertit, &
 diem reducit. Sol quot annis revo-
 cat veris delicias, flores emortuos re-
 fuscitat, hortos & agròs redanimat,
 æstatem accendit, fructus excoquit,
 maturat frumentum, vires instaurat
 mortalium, & vitam prolongat. O
 quanta hæc naturæ sunt prodigia,
 quanta divinæ benevolentæ in uno
 sole erga mortales argumenta! At
 non solem tantum grande illud orbis
 prodigium in cælo reposuit Deus,
 sed & lunam noctis arbitram cum in-
 genti tot luminarium, siderumque
 apparatu in cælo collocavit. Verum
 ad

si quæm finem hæc
 ob alium, quam ut ag
 et suis operibus, lau
 tantis suis prodigijs,
 ametur in tantis suis
 de præstitis, teste na
 go: Celi enarrant
 gloriae maiestatis ejus
 magnæ. Psalm. 18.
 Veruntamen h
 miranda celi pomp
 stellarum, sider
 ipsâ tandem conti
 bus vilescunt, sicut
 æstimationem dep
 sunt impij, & D
 incurij, quibus
 illud Psalm. 117:
 terram autem dedit
 hi ipsi terræ filij best
 nibus similiores sunt
 oculi, valus, os,
 & corpus in hæc re
 nec propendet,
 & cælestibus solici
 perz mercenariæ,
 vident manè oriente
 sperè occumbentem
 si pedisseque, soli
 videntemque siderum
 implantur, quand
 immo mane ad auror
 tumque in longam
 et, vident illa, et
 que tamen suis labo
 rum luminarium cæli
 usque anxie discuti
 pira officia curiosi
 que valibus ac simi
 perirent. At vero
 quæ cæteros mortales
 tam condicio exivit, ac
 de alijs occupation
 necit, ac quibus e

Ad quem finem hæc omnia? certè non ob alium, quàm ut agnoscat Deus ex suis operibus, laudetur in tot ac tantis suis prodigijs, honoretur, & ametur in tantis suis beneficijs mundo præstitis; teste namque Psalte Regio: *Cæli enarrant Gloriam Dei, & opera manuum ejus annunciat firmamentum.* Psalm. 18.

Veruntamen hæc ipsa tam admiranda cæli pompa, & magnificus stellarum, siderumque apparatus ipsâ tandem consuetudine mortalibus vilescunt, solumque pretium, & æstimationem deperdunt. Nec desunt impij, & Dei, suæque salutis incurij, quibus frequens in ore est illud Psalm. 113. *Calum cæli Domino, terram autem dedit filijs hominum.* At hi ipsi terræ filij bestijs quàm hominibus similiores sunt, utpote quibus oculi, nalis, os, totumque caput & corpus in hæc terrena & caduca unice propendet, parùm de æternis, & cælestibus sollicitis. Opifices, operæ mercenariæ, atque ruricolæ vident manè orientem solem, & vespere occumbentem, lunæ item, solis pedissequæ, solitas figuræ vices, cælestemque siderum chorum contemplantur, quando suos labores summo mane ad auroram inchoant, rursumque in longam noctem produxerunt, vident illa, & admirantur, neque tamen suis laboribus occupati tot luminarium cælestium causas, motusque anxie discutunt, aut singulorum officia curiosius distinguunt: Idque rudibus ac simplicibus indulgeri potest. At verò ut illi, quos supra cæteros mortales altiùs natalium conditio evexit, aut à laboribus, & abjectis occupationibus fortuna exemit, ac gentibus etiam, popu-

lisque regendis præfecit, inter voluptates ac delicias, atque inter otia aut ludrica negotia sepulti dies, noctesque transigant, ut hi, inquam, rerum omnium cælestium ignari & incurij non aliter solem quandoque obliquè tantùm respiciant, quàm bos aut asinus inter pascua constituti, quando illius radijs à tergo icti fugiunt, & ad umbram declinant; aut quando canis lucem nocturnam averfatus, lunam aut Sirij fulgentis astrum allatrat; hoc enimvero generosos, illustrésque animos dedecet, redditque etiam vulgo viles, despicabiles, & ignorantes. Unde ut hanc infamiam declinarent, non pauci fuerunt quovis tempore, etiam Reges, Principes, ac viri illustres, quibus cura, atque voluptas fuit corporum cælestium cursus, motusque rimari, & inde divinæ sapientiæ manifesta argumenta, leges, modumque etiam terrena moderandi depromere. Omnium caput & princeps esto Rex Salomon, qui, ut ipse testatur Sap. 7., à Deo accepit, ut sciret commutationes temporum, anni cursus, & stellarum dispositiones. Josue Dux populi Hebraici olim cursum solis ad Occasum deperantis, & probè novit, ac stitit. Rex Ezechias gradus ac lineas horarias in Horologio Achaz notas, ac numeratas habuit, per quas solis umbram retroverti etiam contra naturæ legem, & ordinem à Deo petijt, & impetravit. Atque ut taceam Chaldæorum, Arabum, Ægyptiorumque reges ac principes sapientissimos, eosque innumeros, etiam Europæ nostræ non defuerunt Reges, Principes, ac Nobiles rerum Astro-nomicarum scientiâ insigniter instructi.

R.

structi.

ditionem observant, atque describunt. Sunt denique, qui ipsius terræ incolas & habitatores, eorumque mores ac consuetudines diligenter explorant, & dijudicant.

Hæc, inquam, etiam docti & literati factitant, & dies, noctesquevolvunt, atque revolvunt: at neque parum proficiunt, quia plerumque in tenebris laborant, & sine luce ac lampade, quas Deus mortalibus in cælo accendit adeò multiplices & illustres, ad quas tamen quia multi animum non reflectunt, idcirco veras rerum creaturarum naturas non deprehendunt, quia earum veras causas & principia non consulunt: cum tamen his ipsis in hoc mundo visibili nihil splendidum magis, magisque conspicuum, & obvium sit. Quid enim mortalium oculis frequentius objicitur, quam sol, magnus ille mundi oculus, & luna solis æmula, innumeræque stellæ, quarum nulla otiosa, omnes laudem Dei conditoris annunciant, mortalibus autem lucem præferunt ad cognoscenda hæc sublunaria, & penetrandas eorum naturas, virtutes & conditiones; tanta namque est rerum sublunarium cum supernis ac cælestibus cohærentia & necessitudo, ut neutrum sine altero ritè intelligi, atque dijudicari possit.

Paucos quidem inter literatos inveniri arbitror, adeò hebetes ac stupidos, ut soli omnem virtutem in hæc sublunaria adimant; experiuntur enim ad solis radios caput, oculosque sibi obtundi, nives diffluere, indurari lutum, aperiri flores, exficari paludes, muscas jam emortuas iterum reviviscere, aliòsq; similes effectus quotidie produci. At non

deerunt etiam aliqui rerum supra se adeò incurij, ut lunam cæterosque planetas cælo otiosos obambulare credant, ridiculi sanè, qui cum pedem ipsi aut digitum non moveant sine causa, persuadere nihilominus sibi volunt, tot ac tam vasta corpora cælestia esse profus otiosa, cum tot in cælo motus mirabiles & variationes subeant. Ita est, sol enarrat gloriam Dei; at interim minimè otiosus; nec solo suo splendore & aspectu, sed mille insuper effectibus admirandus, quos in his sublunariis identidem producit, quantumvis tot vicissitudines motus ac luminis ipse non subeat, quas subeunt cæteri planetæ, jam rectà incedentes, jam retrogradi, jam celeres & incitati, jam tardiores & languidi; jam à terra longiùs remoti, jam iterum terræ vicini, jam vultu pleno, jam immutato atque cornuto.

Verùm his non obstantibus aliqui in suo sensu heteroclitico ita sunt obstinati, ut omnem sideribus (solum si excipias) in hæc sublunaria influxum negent: & ipsemet novi hominem, etiam Astronomiæ peritum, qui ut lunæ virtutem exploderet, eidem in ipso Plenilunio per arctam fenestram caput apertum horâ integrâ exposuit, se verò omnium adstantium risui, quando radijs lunariis caput inflatum atq; stupefactum, nonnisi ægerrimè è fenestrellæ angustijs retraxit. Sed missis hisce ludicris eventibus, magis serijs experientijs ac rationibus, etiam lunæ, cæterisque sideribus propriam virtutem, suamque in hæc sublunaria influxum paulo inferiùs asseremus,

CAPUT I.

De Astrologia, præcipuè judiciaria.

§. I.

Astrologiæ origo.

Non desunt, qui scientiæ Astrologiæ principia ad primum usque Parentem nostrum referant, utpote cui Deus illam infuderit, ipse verò eandem ad longam posteritatem propagârit. Hæc opinio suis fundamentis non caret; non tamen etiam illud vero absimile videtur, jam inde à mundi primordio mortalium quosdam ingenij, mentisque sagacioris longâ experienciâ adnotâsse, sideribus inesse virtutis aliquid & efficaciz in hæc sublunaria. Quis enim hodièque tam stupidus, & mentis obesæ est, qui non animadvertat ad solis radios se suâque calefieri, & quidem tantò amplius, quantò sol altior supra terram, & Horizontem elevatus existit? quis non animadvertat tempore autumnii cum sole è nostro hemisphærio ad partes Australes recedente non tantùm dies, sed flores & herbas, agros & arbores, prata ac nemora emori aliquo modo, atque deficere, & cum eodem sole sub vernum tempus ad nostras partes redeunte denuo animari, & sensim ad pristinum vigorem ac formam reflorescere? Hæc, inquam, hodièque nota sunt, ac agafonibus, & bubulcis, neque de ijs dubitat, qui non delirat. Porro

virtus in sole ad oculum manifesta non immeritò suspicionem sagacioribus ingessit, etiam lunæ subesse virtutis aliquid, quod ipsum tandem multiplex, nec obscura experientia non tantùm sapientes, sed agricolas etiam docuit, cum adverterent, à luna foveri semina, humectari corpora, variari morbos, promoveri partus &c.; quæ omnia argumento minimè obscuro illis fuere, lunam non sine causa toties mutare vultum.

Ab his duobus planetis, sive luminaribus observatores magis industrii ac curiosi transgressi tandem sunt etiam ad reliquos planetas, quorum plerique in cælo, & inter reliqua sidera magis sunt conspicui, atque suo motu & incessu magis admirandi: cum tempore igitur, & in his magno studio, & constantiâ notârunt virtutis aliquid, quod unâ cum sole & luna in hæc sublunaria transfundant. Ex antiquis Authoribus nemo facillè invenietur, qui ejusmodi virtutem planetis non asserat, & experienciâ suâ confirmet. At de stellis fixis major est controversia, utpote de quibus experientia vix ulla, vel certè non nisi rarissima, eaque dubia, & prorsus incerta. Verùm de his alibi plura dicemus.

§. II. Astrologiæ depravatio.

Hætenus dicta verosimilia, & veritati conformiora videntur

Astrologiæ principia, quibus sensim posteri, & post multa secula teste

Pto.

Ptolomeo Chaldeo
que nati superstitio
serenioribus (C
fructus) siderum
comprimis dedita,
diu ridicula, atque
fumenta, adeo qui
to, vel certè negle
rum omnium arbit
propè totum, on
hujus vitibus gab
sideribusque tran
mirum est: post qu
vide, dicit insipi
non est Deus; co
bominabiles facti
etiam mortalium
magis admirandis
olim, & ad hæc usqu
ta multi reperiantur
ni, quæ erroneam h
Astrologiam
sue modicum, asp
tiam posthabito ma
riculo, atque iterat
que tribunalis summi
at adeo mirum sit, p
expolodi; immo &
superstitiosos Astrolog
tibus hoc hominum
no semper in urbe & c
ni, atque rocinari. Se
la, & futurorum a
manant. Licet frequen
terrorem inducunt, per
stura non abiciat.
tunc ardentibus Astrolog
tibus requirit. Inde
tibus, & vaticinatio
tantum illis, qui Ast
cizæ magisterium præ
etiam in quantum vis
qui vix talibus supersti
qui eo audient sua su

Ptolomæo Chaldaeorum, Arabumque natio superstitiosa, & occasione serenioris auræ (qua ferè continuâ fruuntur) siderum contemplationi cum primis dedita, multa superaddidit ridicula, atque etiam perniciofa figmenta, adeò quidem, ut ignorato, vel certè neglecto supremo rerum omnium arbitro Deo imperium propè totum, omnemque mundi hujus visibilis gubernationem stellis sideribusque transcriperint. Nec sanè mirum est: postquam enim teste Davide, dixit insipiens in corde suo: non est Deus; corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studijs suis etiam mortalium astutissimi. Illud magis admirandum est, quòd jam olim, & ad hæc usque nostra tempora multi reperiantur etiam Christiani, qui erroneam hanc atque superstitiosam astrologandirationem tuentur mordicus, atque sequuntur, etiam posthabito manifestæ rationis oraculo, atque iterato supremi sacrique tribunalis fulmine, & interdicto; ut adeò mirum sit, passim vellicari & explodi; immo & vetari ejusmodi superstitiosos Astrologos, & nihilominus hoc hominum genus teste Tacito semper in urbe & orbe toto tolerari, atque retineri. Scilicet tam curiosa, & futurorum avida est mens humana, ut, licèt frequentius icta, atq; in errorem inducta, spem tamen sciendi futura non abjiciat, sed multò etiam ardentius Astrologastrorum vaticinia requirat. Inde verò crescit animus, & vaticinandi libido non tantùm illis, qui Astrologiæ judicariæ magisterium profitentur, sed etiam alijs quantumvis imperitis, & qui vix naso artis superficiem radunt, qui eò audaciùs sua somnia & fig-

menta privatim ac publicè in Calendarijs divendunt, quòd avidiùs ea suscipiuntur ab alijs, atque creduntur. Immo tam facilè nonnulli sibi persuadent esse vera hujusmodi Astrologorum commenta, ut ea, licèt ambigua & in omnem partem versatilia sint, ipsi etiam non sine conatu ac studio in meliorem partem, sensumque veritati magis conformem detorqueant; quos proinde non immeritò rident ipsimet Astrologi, vel veriùs Astrologorum parafiti. Igitur Astrologia priùs è principijs naturalibus orta, atque successu temporis sic corrupta atque depravata, mirum non est, quòd experientiâ teste centies erret, antequam semel verum dicat, & hoc ipsum quidem non sine formidine ac suspicionem latentis intra scenas illicitæ hujus artis præstigiatoris, nempe mali dæmonis, uti in sua Bulla Sixtus V. summus Pontifex apertè declarat his verbis: dubitandum non est, in contingentium, & fortuitarum eventuum inquisitione & præcognitione diaboli operationem se fallaciter miscere, ut sua fraude ac dolis miseros homines à via salutis avertat, & laqueo damnationis involvat.

Errant igitur Astrologi, quòd nescio quam potestatem & dominium politicam affingant astris, & jus illis tribuant in sacra æquè ac profana; ijs namque adscribunt novationes Religionum, mutationes Regnorum, ac Rerum publicarum, defensiones principum, initia bellorum, pacis foedera, amicitie jura, fausta & infaustra conjugia, atque ut paucis multa complectar, quoscunque rerum sublunarium eventus non necessarios tantùm, sed & liberos,

At certè Deus gratis hominem non instruxit ratione & intellectu, quo mala & bona posset discernere, fausta & infelicia providere: concessit illi liberum arbitrium, quo posset bona amplecti & noxia respuere, benè mereri & malè operari. Dicant ergo Astrologi: vel astra habent necessariam connexionem cum suis effectibus atque eventibus, adeoque necessariò inducunt hominem ad duella, furta, latrocinia, mala, & bona opera, vel non? si priùs: ergo homini libertatem adimunt ad bene vel

malè agendum, quod repugnat rectæ fidei, divinis effatis, bonis ac Christianis legibus, quæ præcipiunt furta, duella, adulteria, & latrocinia graviter puniri, quòd fieri non deberet, si homini ab ijs abstinere liberum non esset, sed necessarium talia patrare. Si verò stellæ homini libertatem non adimunt, tunc erit in potestate illius ea facere, vel omittere; quomodo ergo Astrologi illum talia certò facturum tam audacter ex stellis possunt prædicere?

S. III. Astrologiæ judiciariæ vanitas uberius demonstratur.

Astrologia igitur judiciaria, vana, temeraria, eaque à Sede Apostolica prohibita, immo ab ipsis etiam Ethnicis, & Romanis jam olim iteratò verita, ac proscripita, non est vera scientia Mathematica, sed vana, & falsis principijs innixa divinandi libido atque pruritus. Fundamentum namque præcipuum, unde inania sua præfagia Astrologi judiciarij (rectiùs Astrologastri) depromunt, est Centiloquium, sive centum Aphorismi, quos Ptolomæus è scriptis & traditionibus Chaldæorum, Arabum, Ægyptiorumque se collegisse faterur, & in quos varij subinde Astrologi judiciarij commentarios scripserunt, aut certè novas sibi leges & præcepta inde formârunt. Ejusmodi fuerunt Cardanus, Alchibitius, Jovianus Pontanus, Lucas Gauricus, Henricus Ranzovius, aliique. Qui verò ex illis aliquantò plus hodie sapere videntur, Centiloquij vanitatem suspectam habent, eique experientiam pro fulcro subinde conantur substituere; accidit enim quan-

doque, ut inter centena ejusmodi præfagia astrologica unum aliquod scopum attingat, ita Deo noxiam curiositatem eorum, qui hisce divinationibus prohibitis fidem attribuunt, castigante. Ejusmodi casui ipsemet præfens interfui, ubi magnò cuidam Principi ejusmodi divinator judiciarius accepto modico lucello in singulos anni dies aulæ successus scripto transmiserat, è quibus omnes planè erant falsissimi, uno tantum excepto, quo, die destinata prædixit Astrologus, rerum æconomicarum administratorem Principi longè carissimum sub ipsam horam meridianam aquis suffocatum iri, quòd etiam ad amussim evenit. Quis verò funestum hunc successum veritati legum Astrologicarum adscribet, quando centenæ, & millenæ ejusmodi prædictiones ex iisdem regulis ac præceptis derivatæ à vero turpissimè aberrârunt?

Alterum est, quod ad rem nostram facit, & propriâ experientiâ contestatum huc adduco. Com-

muni;

Astrologia
 nonnisi mihi sunt
 natalicia à vobis dive
 noticiam Primi
 conditio & oblata
 procerant contrari
 tum a genio & mo
 nis adeo abluen
 us quam ejus natu
 se succellus deliripi
 Non poterunt dicti
 stri adeo diverla
 judicia ferre ex juse
 ergo ex diversis, ac
 diverla sunt præcep
 jam non est una sciet
 sed plures, eaque o
 se contrari, non se
 jecturæ.
 Porro præcipuus
 laps, in quem gravi
 Astrologi judiciarij
 non tantum ea, quæ
 rijs dependent, sed
 seu futura contingen
 tis (ut talibus) aut
 una respectu nostri
 vinare contendunt,
 binare conjuga,
 numerum, eorumque
 dignitates, & offi
 volunt prædicere o
 genus vitæ ac mor
 ac divitias; cum
 no sit amplexurus se
 aur ecclesiasticum
 aur conjugalem, pen
 tate: quod ad bellu
 tate, inimicum occi
 pendere, aut opti
 tate, in penes hominis
 quod Deus illi permisi
 tum pua illa verba Ec
 deus de vobis confisus ho
 quis illum in manu comp

municata mihi sunt tria systemata natalitia à tribus diversis Astrologis judiciarijs cuidam Principi recens nato constituta & oblata, quæ in multis prorsus erant contraria, in plerisque autem à genio & moribus dicti Principis adeò abludabant, ut nihil minus quam ejus naturam, genium, ac successus descripsisse viderentur. Non potuerunt dicti tres Astrologastri adeò diversa, immo contraria judicia ferre ex jisdem planè regulis: ergo ex diversis, atque adeò ubi tam diversa sunt præcepta, & regulæ, jam non est una scientia Astrologica, sed plures, eaque diversæ, & inter se contrariæ, non scientiæ, sed conjecturæ.

Porro præcipuus ferè offensionis lapis, in quem gravius impingunt Astrologi judiciarij, est, quando non tantùm ea, quæ à causis necessarijs dependent, sed etiam eventus, seu futura contingentia à causis liberis (ut talibus) aut à casu vel à fortuna respectu nostrî pendentia divinare contendunt. Volunt enim divinare conjugia, & liberorum numerum, eorumque varios successus, dignitates, & officia in Republica; volunt prædicere dies & annos, sed & genus vitæ ac mortis, paupertatem ac divitias; cum tamen, quòd homo sit amplexurus statum secularem, aut ecclesiasticum, vitam cælibè, aut conjugalem, pendeat ex ejus libertate: quòd ad bellum velit procedere, inimicum occidere, literis se impendere, aut opificium addiscere, sit penes hominis arbitrium, quod Deus illi permisit integerrimum juxta illa verba Eccli. cap. 15. *Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui.* Eo-

démque cap. *Ante hominem vita & mors, bonum & malum: quod placuerit ei, dabitur illi.* Hanc igitur libertatem nemo illi adimere potest: & qui illi omnem libertatem adimeret, bene malèque agendi potentiam eriperet: ergo si homo post prædictionem Astrologi adhuc liber est, quomodo Astrologus illum hoc vel illud certò facturum prædicet, quod ipse pro sua libertate adhuc omittere potest? Nòrunt ista, qui paulo plus sapiunt Astrologi judiciarij; idcirco ne liberrati hominis præjudicent, sua præfagia probabilia tantùm, non autem certa, & infallibilia statuunt. At neque probabilia sunt hæc eorum ex astris judicia; quia neque ab experientia, neque à ratione constat, quòd astra habeant quandam connexionem cum effectibus liberis, aut fortuitis; nempe quòd stella Jovis curam gerat statûs ecclesiastici. Stella Mercurij patrocinetur furibus ac mercatoribus, stella Martis militibus ac belliducibus, sol regibus ac principibus &c. Asserit similia Ptolomæus in Centiloquio suo jam superius citato, quibus, ut modò diximus, nulla tamen patrocinetur ratio, & experientia manifesta repugnat. Igitur ut etiam probabilis tantùm fiat conjectura ex astris circa actus hominis liberos, probanda prius est singularum stellarum cum certis statibus & effectibus liberis connexio, atque consensus aliquis, quod tamen nunquam præstabunt Astrologi judiciarij.

Quæ hæcenus dicta sunt, etsi cuiusvis sincero judici artis hujus vanitatem ac falsitatem satis apertè, clarèque demonstrent; quia tamen ingens mortalibus inest pruritus futura

tura

tura præsciendi; idcirco ejusmodi conjecturis ridiculis facillè creditur; & licet plerumque fallant conjectatores Astrologi, semper tamen peccant innoxij, cum suas fallacias imperitis scitè noverint excusare. Contra Astrologos judicarios, sive Genethliacos scripserunt varij, eumprimis verò Joannes Picus Mirandulanus libros XII., & P. Alexander de Angelis libros V., quorum tamen argumentum præcipuum, quo illos graviùs perurgent, est libertatis hu-


manæ jactura, quam suis prædictionibus Astrologi judicarij perperam inducunt. Est argumentum hoc validum omnino, & efficax ad refutandas Astrologiæ judicariæ prædictiones, seu divinationes; ut tamen artis hujus vanitas, & falsitas ex ipsis suis principijs demonstrata habeatur, præcipua, quibus innitur, fundamenta, aut potiùs figmenta hìc breviter referemus, atque ordine discutiemus.

S. IV. Fundamentum primum Astrologiæ judicariæ sunt Domorum cælestium inania figmenta, & proprietates confictæ.

Solent Astrologi judicarij ad datum tempus & horam, totam sphaeræ cælestis faciem in 12. partes, sive spatia (Mansiones sive Domos ipsi vocant) distribuere, & cuilibet spatio sive Domui certam quandam proprietatem, ac virtutem contribuere, & inde sua judicia de futuris contingentibus depromere. Res ut clariùs intelligatur, Figurâ opus est; ejusmodi primam, & secundam ex mente, ac consuetudine Astrologorum proponimus in Folio E. E., quibus uti solent illi, quæis nulla ferè facultas est objecta scitè in plano delineandi, quique solis zyphris ac Calculo trigonometrico rem obscurare potiùs, quàm aliis exponere solent. Unde multi quidem sunt, qui ludicram hanc artem divinatoriam, intricatam planè, affectant, pauci verò qui eandem factis intelligunt, & scitè pertractare nôrunt.

Igitur ad annum, mensem, diem, & horam, datamque loci Latitudi-

nem quaeritur primò Zodiaci gradus, tunc supra Horizontem ascendens, quem judicarij Astrologi appellant Horoscopum, & initium Domus primæ, sive vitæ. Ab hac subinde Domo ordine retrogrado reliquæ undecim Domus numerantur, quibus secundum Zodiaci gradus inscribunt 7. planetas, quorum stationem, locumque plerumque ex Ephemeridibus Astronomicis desumunt. Hanc ipsam vanitatem Domorum cælestium adhuc clariùs intelliges ex Figura III. ejusdem Folij E. E., quæ exhibet totam sphaeram cælestem cum præcipuis Circulis, ipsisque Domibus cælestibus optice in plano, & modo Ptolomæico delineatam. In hac enim Figura exhibetur systema natalitium cujusdam Anonymi, qui natus est horâ undecimâ noctis die 5. Decembris anni 1672, quo tempore gradus ferè decimus m fuit ascendens, sive Horoscopus, quem reliqui gradus Eclipticæ, & Domus undecim ordine retrogrado consequuntur.



quatuor; singular
 sua impellenti, & r
 claque punctione
 aurem hoc tempor
 Solis 15. & Q in 1
 ♃. Venus aurem
 ♄. In Domo II.
 moratus est 2.
 gradu 25. ♄ stetit
 gr. 29. eorundem
 Domo X., & in i
 ♄ refluxit Luna.
 quitas primo, car
 tuant Astrologi f

§. V. Fundam
 rus imagi

Veteres Astrologi
 possent disting
 ex toto stellarum fix
 gerunt certas qua
 cunque spatio ab
 quas in Circulum
 limites & terminos
 runt, ad quos Sol, c
 delati notarent dies
 nos. Porro cum u
 stella ad implenda
 spacia totius Circuli
 eum appellarent) no
 siverunt singulis ill
 nis certam aliquem f
 tum numerum, cui
 ne similitudinem a
 tum terrestris nomen i
 ro etiam proprietate
 tempore veris, & statis,
 utamni per illud si
 terent, non cujusvi
 mensingulis illis spacijs
 festis, quod aliquan
 pore congruentiam h
 pro temporis veno afflu

quuntur; singulae cum superstitiosa sua suppellectili, & ridicula, confectaque jurisdictione adscripta. Erant autem hoc tempore in Domo IV. Sol in 15., & ☿ in 18. circiter gradu ♃. Venus autem in 7. ferè gradu ♀. In Domo II. & grad. 13. ♄ moratus est ♃. In Domo VII. & gradu 25. ♃ stetit ♃, ☽ autem in gr. 29. eorundem ♃. Denique in Domo X., & in ipso ferè principio ☾ refulsit Luna. His positis, si requiras primò, cur in Domo V. stantiant Astrologi fortunam bonam,

& in Domo VI. fortunam malam; cur in Domo II. lucrum & divitias, & in Domo IX. statum ecclesiasticum, & scientias: certè præter Ptolomæi, & antiquorum placita vix aliud responsum, aut rationem recipies. Si requiras secundò, quid Jupiter præstet nato in Domo II.; quid Mars cum Saturno in Domo VII.; quid Luna in Domo X.: tot audies diversas sententias, & præfagia, quot erunt conjectatorum capita, uti constat ex ijs, quæ §. superiore diximus.

§. V. Fundamentum secundum Astrologiæ judicariæ est virtus imaginaria duodecim Signis caelestibus attributa.

Veteres Astrologi, ut commodè possent distinguere tempora, ex toto stellarum fixarum choro elegerunt certas quasdam æquali utcunque spatio ab invicem remotas, quas in Circulum dispositas tanquam limites & terminos duodecim statuerunt, ad quos Sol, cæteri que planetæ delati notarent dies, menses, & annos. Porro cum una alterave fixa stella ad implenda singula duodena spatia totius Circuli (quem Zodiacum appellârunt) non sufficeret, definiverunt singulis illis Zodiaci spatijs certum aliquem fixarum vicinarum numerum, cui ob qualemcunque similitudinem animalis cujusdam terrestris nomen indiderunt. Ut verò etiam proprietatem temporum, nempe veris, æstatis, hyemis, & autumnii per illud spatium exprimerent, non cujusvis animalis nomen singulis illis spatijs cõtribuerunt, sed talis, quod aliquam cum eo tempore congruentiam haberet. Ita pro tempore verno assumpserunt con-

stellationem Arietis; eum Aries sit animal prolificum, & oves augeantur miris modis, quod etiam terræ evenire solet, quæ tempore veris, Sole Signo Arietis inexistente suam fecunditatem instaurat, & prodit mille modis. Ita nomen Leonis veteres indiderunt ijs Zodiaci stellis, in quibus Sol commoratur tempore æstivo, quo caloris sui vehementiam & æstum expirat, ut solent leones inter cætera animalia ferventiores. Cancræ quoque nomen tribuerunt illi constellationi, sive stellarum dispositioni, cui Sol inexistens à partibus Borealibus morè cancrorum ad partes Australes retrogreditur. Atque ita de cæteris etiam Signis caelestibus philosophati sunt antiquiores Astronomi; qua ratione per qualemcunque similitudinem animalium terrestrium cum certa dispositione stellarum fixarum conati sunt exprimere proprietates temporum, non autem virtutes stellarum, quas in tanta multitudine tam parum olim

S

distin,


distinguere valuerunt, quàm parum moderni Astrologi hodièque distinguere possunt. Itaq; sicut in terris limites quidam, ac termini materiales fixi, & in varias figuras atque insignia formati virtutis nihil habent, sed dominia duntaxat, & jurisdictiones distinguunt; sic in cælo sidereo stellæ fixæ, & in quasdam figuras dispositæ sphæræ cælestis spatia, Solis dominium, & proprietates temporum duntaxat exprimunt, re ipsa autem in hæc sublunaria virtutis nihil exercent. Unde quòd tempore veris redeant campis & hortis flores & gramina, virgultis & arboribus frondes & folia, non efficiunt stellæ in aliqualem arietis similitudinem dispositæ, sed Sol jam altior, & stellis dictis vicinus. Item quòd tempore autumnii dies sint noctibus æquales, non efficiunt stellæ in aliquam libræ figuram dispositæ, sed Sol ipse in medio sphæræ cælestis tunc constitutus. At hæc veterum sana constitutio non sufficit Astrologastris judiciarijs, qui ipsis etiam figuris, ac rerum similitudinibus, quas stellæ prorsus arbitrarias ab hominibus acceperunt, virtutem aliquam affingunt. Ita dicunt, quòd Signum Cancri in rebus sublunaribus ubique inversum rerum ordinem inducat: Signum Libræ differentias & discordes animos reconciliet, & æquos justosque efficiat: Signum Scorpionis aëri, ipsisque animalibus venenum instillet: Signum Sagittarij tela mortis in omnibus angulis intorqueat: quibus nugis ac figmentis passim sua præfagia suffulciunt Astrologi judiciarij; sed quòd plures causas ex astris conquirunt, eò ampliùs se ipsos &

suas prædictiones confundunt, & ridiculas reddunt.

Interim mirandum prorsus est, quòd non tantùm rudes, ac nugaces quidam Astrologastri supersticiosam hanc Astrologiam sectentur, sed doctissimi quoq; Astronomi jam olim ludicris hisce conjecturis Astrologice fidei & operæ aliquid contribuerint. Ejusmodi fuere Tycho Brahe insignis ille Astronomiæ Ptolomaicæ instaurator, Joannes Regiomontanus, Joannes Kepplerus, Joannes Argolus, Antonius Maginus, aliique plurimi à noxia curiositate seducti. Apprehenderunt illi quidem mirabiles, & propè inexplicabiles planetarum motus; observârunt Solem quandoque maculis conspersum, quandoque ab omni macula immunem; Martis faciem subinde prope modum Lunæ æmulam, aliàs verò vix stellæ tertiæ magnitudinis parem. Deprehenderunt Venerem & Mercurium frequenter in morem Lunæ corniculatos, & nunc supra, nunc infra Solem vagabundos. Circa Jovem novis Astroscopijs detexerunt quatuor satellites, sive stellulas minores, circa Saturnum duos laterones, aliæque centena ejusmodi phænomena, quibus subinde persuasi judicârunt singulis hujusmodi apparentijs subesse sua mysteria, respondere varios naturæ conatus, & secreta molimina, cùm nihil penitus in cælo aut in terra sine causâ fieri supponatur.

His, inquam, insignes etiam Astronomi curiosâ rerum futurarum scientiâ illecti, sufficienti tamen experientiâ destituti, delapsi sunt in mille ineptias Astrologicas, quas subinde





Discrevunt
 subinde enim nov
 promoverent, resp
 §. VI Fundam
 ter.

Inter potissima Al
 rix fundamenta
 natalij erectio, i
 thores p'cipui nos
 quisque sibi modu
 pit ex suo capite
 methodo, ut anti
 inter Astrólogos
 Unum alterum ve
 ter infinuo per Fig
 lo, ex quibus faci
 de alijs, immo de
 thematis natalijs p
 posse.

Primus igitur e
 tis natalij modus
 czli faciem, ips
 dividit in 12. Di
 rem, seu per 12. d
 congruentes binis
 bus, inchoando di
 mam domum ab ip
 ve gradu Eclipticz i
 tatis ascendente sup
 tna cum gradu Equ
 pondente; quem in
 tus in projectione op
 II. Folij E. E., rurs
 tus in projectione ge
 nstro Planisphærio cz
 filij R. R. posito the
 ad horam IV., & 4.
 diei 27. Aprilis anni 1
 dne Poli 48. gr. A
 Gonzi & Campani N
 stromi, & Astrolog
 lis, juxta quæ exhibe
 ma natalium in Figur

subinde etiam novis suis inventis intricarunt, & sapientum cavillis promoverunt, re ipsa tamen magis obnoxias reddiderunt.

§. VI. Fundamentum tertium est varia, & disconveniens inter Authores systematis natalitij erectio.

INter potissima Astrologiæ judicariæ fundamenta est ipsius thematis natalitij erectio, in qua tamen Authores præcipui non conveniunt, sed quisque sibi modum & formam sculpsit ex suo capite, relictâ Ptolomæi methodo, ut antiquissimâ, ita olim inter Astrologos maximè celebratâ. Unum alterumve modum hîc breviter insinuo per Figuras ex P. Ricciolo, ex quibus facillè apparebit, quid de alijs, immo de omnibus ejusmodi thematis natalitij prudenter judicari possit.

Primus igitur erigendi thematis natalitij modus est Ptolomæi, qui cæli faciem, ipsamque Eclipticam dividit in 12. Domos per Æquatorum, seu per 12. Circulos horarios congruentes binis horis temporalibus, inchoando divisionem, & primam domum ab ipso Horoscopo, sive gradu Eclipticæ in puncto natiuitatis ascendente supra Horizontem unâ cum gradu Æquatoris illi respondente; quem modum exhibuimus in projectione optica, & Figura III. Folij E. E., rursûmque exhibemus in projectione geometrica, & nostro Planisphærio cælesti in Fig. I. Folij R. R. posito themate natalitio ad horam IV., & 4. min. vespertin. diei 23. Aprilis anni 1627. sub altitudine Poli 48. gr. Alter modus est Gazuli & Campani Novariensis Astronomi, & Astrologi non ignobilis, juxta quem exhibetur idem thema natalitium in Figura III. ejusdem

Folij R. R., in qua dividitur verticalis primarius G. R. in 12. Circulos æquales (qui appellantur Circuli positionum) & per hos Ecliptica in 12. Domos cælestes inæquales. Tertius modus est Abrahami Avenesæ & Joannis Regiomontani, juxta quos idem thema natalitium exhibetur in Figura II. ejusdem Folij R. R., in qua dividitur Æquator I. K. in 12. partes æquales, & per illum Ecliptica in 12. Domos, & Circulos positionum inæquales.

His positis quæritur nunc, quisnam è tribus hisce thematis natalitij erigendi modis prorsus inter se diversis cæteris præstet, & sit verus, ac legitimus; unde etenim novit Campanus, aberrasse Ptolomæum, qui artem Astrologicam judicariam ex Arabum & Ægyptiorum placitis collegit? eamque primus in lucem produxit anno 137., nempe mille annis, antequam Campanus vivere cœpit? Si hic allegat experientiam, inficiabitur Regiomontanus (qui post Campanum annis ferè quadringentis in lucem prodijt) & afferet contrariam. Quis igitur tandem hanc Astrologorum litem, & controversiam dirimet?

Sed en! ut ad oculum pateat horum trium Authorum discrepantia in erigendo eodem themate natalitio, & consequenter in ferendo exinde judicio diversitas, utamur tribus Figuris geometricis Folij R. R. Igitur in Figura, sive themate

primo Ptolomaico Jupiter est in Domo II. ; in Figura Regiomontani in Domo III. ; & Campani idem Jupiter est in domo II.^{da} Saturnus omnibus est in Domo XII. Mars Ptolomaico & Campano est in Domo VI. Regiomontano in V. Sol Ptolomaico & Regiomontano in Domo VIII. , Campano in Domo VII. Venus omnibus tribus est in Domo VI. Mercurius Ptolomaico & Campano in Domo VIII. Regiomontano in IX. Luna denique omnibus tribus est in Domo XI.

Hæc tam enormis differentia Domorum cælestium , ipsorumque planetarum in Zodiaco respectu Domorum diversissima positio nascitur ex tam diversis principijs , quæ quilibet ferè Astrologus ex suo capite sensuque absque solido fundamento sibi fingit , & ad erectionem thematis natalitij assumit. Porro ad hoc demonstrandum parum refert , utrum cæli faciem geometricè in plano , an per tabulas , & arithmeticè per Calculum exhibeas , si exhibitio est legitima , & placitis Authoris ritè superstructa. Nos hîc geometricam usurpavimus , posteriorem per tabulas & Calculum assumpsit Antonius Maginus , celebris Astrologus , qui similem differentiam demonstravit Parte 2. Ifagogicarum cap. 10. in themate natalitio , quod Serenissimo Duci Veneto Nicolao à Ponte ad annum 1492. stru-

xit in via Avenestræ & Alcabitij duorum celebrium Astrologorum , in quibus pleræque Domus (si quatuor cardines , sive puncta Ortus , Occasus , Medij , & Imi cæli , quæ eundem semper locum obtinent , excipias) unius Figuræ discordant cum Domibus Figuræ alterjus. In Figura namque & themate Avenestræ Jupiter obtinet Domum XI. In themate Alcabitij Domum XII. In Figura Avenestræ Domus II. incipit à gradu 26. Ω ; in Figura Alcabitij à gradu 28. Rursus Domus IV. juxta Avenestram incipit à gradu 29. \mathcal{M} , & juxta Alcabitium à gradu 25. &c. Quid igitur mirum est , quòd ex tam diversis statutis tam diversa , immo & contraria de eadem persona enuncient Astrologi judicarij , & cui tandem obsecro ex omnibus tutò credes , cum nemo unus sit ex omnibus , qui suam methodum legitimam aut ratione , aut experientia demonstrat ; hanc quidem , nempe experientiam , omnes pro se allegant : sed quomodo hæc adedò diversis , immo sæpe contrarijs prædictionibus patrociniatur ? quod cum fieri non possit , Astrologia judiciaria haud immeritò toti mundo semper fuit derisui , ejusque præfagia habita ut inania & ridicula. Sed satis de his illicitis , dam-

natis , ac superstitiosis ; nunc ad veriora & licita transeamus.



De Astrologia
 Vix Authores
 hanc Astro-
 mentalem
 andi licitam, neque
 profanis legibus
 quadam methodo
 reitres tubelle cam
 est; quia, cum A
 in multis concurrat
 & utraque suas div
 deptomat, non p
 riti eas confundunt
 abhorrent, ac neg
 est; quia Astro
 fundamenta, & A
 ratione & à priori,
 perentia conquirunt
 docti, & alij scien
 non se redeunt,
 & quibus experient
 negotium & lucrum
 tum omni sibi sumunt
 valoris aut ingenij h
 dina experimenta
 in justam artis vel di
 possunt redigere. In
 lina causa videtur et
 ogia naturalis præter
 rum experientiam
 astronomiz peritiam
 cet non pauci profice
 em deinde plerumque
 naria: & nihilominus
 illa lima, quæ non
 legam naturalem, se
 licentias, disciplinas,
 conditiones complana
 ipz perditionem super
 tiz namque sine experi
 suis imitaz principijs

CAPUT II.

De Astrologia naturali, sive experimentalis.

Vix Authorem reperies, qui hanc Astrologiam experimentalem, attemque divinandi licitam, neque ullis sacris aut profanis legibus adversam certa quadam methodo pertractarit: cui reitres subesse causas suspicor. I.^a est; quia, cum Astrologia naturalis in multis concurrat cum judiciaria, & utraque suas divinationes ex astris depromat, non pauci rerum imperiti eas confundunt, & utramque abhorrent, ac negligunt. II.^a causa est; quia Astrologia naturalis sua fundamenta, & Aphorismos non à ratione & à priori, sed à mera experientia conquirat: ad hanc autem docti, & alij scientijs præoccupati non se reflectunt, rudiores autem, & quibus experientia quotidianum negotium & lucrum facit, nec tantum otij sibi sumunt, nec ferè tantum valoris aut ingenij habent, ut quotidiana experimenta ritè digerere, aut in justam artis vel disciplinæ formam possint redigere. III.^a eaque potissima causa videtur esse; quia Astrologia naturalis præter multorum annorum experientiam etiam aliquam Astronomiæ peritiã requirit; hanc licet non pauci profiteantur, illis tamen deinde plerumque deficit experientia: & nihilominus hæc tandem est illa lima, quæ non tantum Astrologiam naturalem, sed omnes planè scientias, disciplinas, & mortalium conditiones complanat, & ultimam ijs perfectionem superaddit. Scientiæ namque sine experientia, & solis suis innixæ principijs sunt torrentes

sine aggere, & naves sine gubernaculo & remone: sunt equi sine freno, horologia sine perpendiculo, gladius sine vagina, ignis sine cautela, & ratio sine providentia. Quoties enim hallucinabitur politicus, qui in rebus publicis parum versatus pendet duntaxat ex præsentibus, ad futura non prospicit, ad præterita non reflectit? Quid præstabit Dux exercitûs, qui in castris antè nunquam comparuit, nulli adstitit prælio, nullis interfuit conflictibus? Quid confidendum Navarcho, qui Mare nunquam tentavit, nunquam luctatus est cum tempestatibus, ac procellis? Quis suas controversias credat Jurisperito, qui antè causam nullam egit, forum aut tribunal nullum frequentavit? Quis consulat Medicum, qui solis libris incubans artem medicam inde haustam nunquam exercuit, nulli ægro salutem restituit? Quomodo Philosophus sapienter judicabit de naturæ arcanis, repentinis motibus, & effectibus, qui solis suis inhæret libris, aut ratiocinijs? Certè qui soli rationi defert, negabit mordicus, posse produci effectum per medium ipsi effectui penitus contrarium: & tamen sol media hyeme accendet ignem per aquam frigidissimam. Ursit quondam hoc assertum Physiologus, negavit autem Philosophus eousque, donec ille phialam vitream rotundam, & aquâ plenam soli exposuit; ubi mox radij per aquam refracti & in focum collecti admoto in fomite ignem media hyeme, & sub aura frigidissima

accenderunt. Ita quod fieri posse negabat Philosophus, oculis suis factum esse conspexit, & erubuit. Quid multis? faber ferrarius quotidie ignem in foco sopitum aspersâ aquâ frigidâ, & flatu è folle frigido redanimat, & in flammâ copiosas longè latè que diffundit. Ita multa tam in naturalibus, quàm moralibus mysteria latent, quæ sola ratio non potest assequi, experientia tamen identidem manifestat, & in lucem producit: neque enim est ratio, aut ulla regula in humanis adeò firma ac certa, cui non subinde experientia contradicat, & exceptionem faciat. Experientia magistra artes excitat, & scientias perficit, omnique rationi ac discursui basim & fundamentum supponit, sine quo intellectus nostri fabricæ sunt domus in aère, & strues lignorum in arenæ superficie. Asertum est Ecclesiastici cap. 34. *Qui non est tentatus, quid scit?*

Itaque non mireris, amice Lector, si in exponenda Astrologia naturali, sive experimentalia fundamenta, legesque non afferam, quàm meras experientias: cum enim antiquitas præter illa infamis Astrologiæ judiciariæ superstitiosa, & pridem explosa deliria nihil suppeditet, alia, eaque solidiora fundamenta stabilendæ Astrologiæ naturali quærenda erant, quæ non nisi per experientias, earumque frequentes observationes ipsa natura manifestat. Etsi verò hæc ipsa continuò ob oculos nobis versentur, à paucis tamen apprehenduntur, aut ad usum referuntur. De his autem antequam plura tradamus, duo hæc præmonenda duxi.

Primum est, non qualemcunque, nec unum solum actum sive ex-

perientiam tam in moralibus quàm physicis ad regulam, legemque statuendam sufficere; sed rem eandem frequentius & cum iisdem circumstantiis observatam esse debere. At quæret hæc aliquis; quænam ergo, & quotuplex experientia requiratur, ut regula exinde formetur, qua fatutò in judicijs Astrologicis procedatur? Quàm insolita est hæc quæstio, tam ardua est responsio: cum enim propè innumeræ sint causæ, & circumstantiæ, quæ in his sublunaribus ad omnem effectum concurrunt, opus est longo tempore, & constanti observatione, donec saltem præcipuæ ex suis effectibus cognitæ patefiant: nec illæ tantum, quas terra suppeditat, sed etiam, quas cælum sidereum subministrat; terræ namque conditio identidem cum statu causarum cælestium conferenda est: cum nihil in terrenis sine concursu causarum cælestium accidat, sed neque sufficit observasse, & contulisse terrena cum sidereis, nisi hæc ipsa observata quotidie referantur ad acta, & in diarium, ut super ijs frequens reflexio institui possit.

Hujusmodi exercitium ultra triginta annos ego continuavi, & quæ per illud animadversione digna deprehendi, subinde curioso Lectori communicanda duxi, quibus tanquam rudibus initijs si conatus ipse suos, parèmq; laborem superaddiderit, luce clariùs deprehendet, quantum hæc sublunaria dependant à cælestibus, nec omnia esse vana & imaginaria, ut sibi persuasum habent illi, qui sui duntaxat intellectus commentis in umbra & otio pascuntur, ad ea verò, quæ applicatione indigent aliquantò majore, licet

licet ante oculos hæc
ad lucem nunquam
tamen desique ad
menta mentis nos
tanquam ad lapide
minanda, & approp
Aterum nunc
indivertendum cen
omnia, quæ Astro
ter sua commenta
sunda esse, & illic
que sphaeræ celesti
Domos caelestes p
est, sicut neque
caelestia: illud verò
superbitiosum est,
tibus sive Domibu
lites aliquæ prop
nes atque virtutes

Rerum in

Non possunt ea
ditari sumus,
ter intelligi,
idem Astronomiz r
obuti; idcirco in
qua saltem, eaque r
permittenda cen
igitur ordo rerum
hoc mundo visibil
recipue ab Authorib
ant, & sacris literis &
conformior, qu
bus insignis prioris
nom, & Astronom
tenue, et, in quo Sol
veri circa tellurem stabi

licet ante oculos habeant, ut cæci ad lucem nunquam reflectunt, cum tamen denique ad hæc ipsa experimenta mentis nostræ phantasmata tanquam ad lapidem Lydium examinanda, & approbanda veniant.

Alterum nunc est, quod hinc animadvertendum censui; nempe non omnia, quæ Astrologi judiciarij inter sua commenta producunt, absurda esse, & illicita: divisio namque sphaeræ cælestis in 12. partes sive Domos cælestes per se absurda non est, sicut neque divisio in 12. Signa cælestia: illud verò absurdum, atque superstitiosum est, quòd singulis partibus sive Domibus tribuantur peculiare aliquæ proprietates, affectiones atque virtutes morales æquè ac

physicæ: videlicet bonæ ac malæ fortunæ, nuptiarum & divitiarum, vitæ ac mortis, &c., quorum nullum solidum fundamentum aut à ratione, aut ab experientia ostendi potest.

His igitur prænotatis, & postquam abundè etiam, præcipuè superiori capite demonstravimus, quàm inania, vana, nullaque sint Astrologiæ judiciariæ fundamenta, ut quibus neque ratio aliqua conveniens, neque experientia, neque sufficiens autoritas suffragatur, superest modò, ut inquiremus, num firmioribus naturalis Astrologia fundamentis innitatur, id quod succinctâ quadam methodo aliquot hinc propositionibus prosequemur.

PROPOSITIO I.

Systema mundi,

Sive

Rerum in hoc mundo visibili existentium ordo, & conditio.

Non possunt ea, quæ nunc tradituri sumus, ab ijs sufficienter intelligi, qui nec primis quidem Astronomiæ rudimentis sunt imbuti; idcirco in eorum gratiam aliqua saltem, eaque magis necessaria hic præmittenda censuimus. Duplex igitur ordo rerum ac corporum in hoc mundo visibili existentium præcipuè ab Authoribus constituitur. Unus, & sacris literis & humano sensui conformior, quemque Tycho Brahe insignis prioris seculi Astronomus, & Astronomiæ instaurator tenuit, est, in quo Sol statuitur moveri circa tellurem stabilem. Alter,

& huic ferè contrarius, quem utcumque obsoletum denuo in lucem reduxit Nicolaus Copernicus magni vir ingenij, est, in quo terra circa Solem stabilem quotidie circumagitur. Priorem tenet Romana Ecclesia, & cum ea omnes Catholici. Posteriores potior pars inter acatholicos tuetur hoc ipso, quia prior à Romana Sede propugnatur. Nos apertissimis Sacræ Scripturæ verbis Ecclesiasticis cap. 1. insistentes: *Oritur sol, & occidit, & ad locum suum revertitur, ibique renascens gyrat per Meridiem, & flectitur ad Aquilionem, lustrans universa in circuitu: priorem*

rem


rem ordinem, & systema mundi hinc tenemus, atque id utcumque exhibemus in Figura I. Folij C. C. ubi ad punctum K. consistit Globus terreus, de quo Psalm. 103. ait David: *Qui fundasti terram super stabilitatem suam: non inclinabitur in seculum seculi.* Circa terram omnium corporum caelestium vicinissima gyraur Luna in L., quæ in media ferè distantia abest à centro terræ 59. vel 60. circiter semidiamentris terrestribus, estque nunc Soli conjuncta, & terræ invisâ, post in quadrato cum Sole aspectu semi-illuminata, & cornuta, ac tandem Soli opposita, & versùs terram luce plena. Ad litteram I. statuitur Sol distans à terræ centro in maxima distantia seu in Apogeo juxta mentem Riccioli in suo Almagesto semidiamentris terræ 7600. aut juxta Astron. reform. semidiamentris terræ 7427. Sed hæc distantia non semper eadem est, uti manifestè per observationes deprehenditur. Circa Solem tanquam centrum volvuntur reliqui quinque planetæ, è quibus duo Venus in R., & Mercurius in D. perpetui Solis asseclæ, à quo etiam nunquam procul absunt. Venus quidem nunquam ultra gradus 49., Mercurius autem nunquam ultra gradus 29. Illius maxima à centro terræ distantia est juxta citatum Almagestum semidiamentrorum terrestrium 12919.5 minima semid. terr. 1917. Mercurius autem à terræ centro remotissimus distat ab eodem semid. terr. 10868. ; at si terræ proximus incedat, distat ab eadem semid. terr. 4078. secundùm principia tradita partim lib. 7 Almag. sect. 3. cap. 6. partim sect. 6. cap. 2. Postea sequitur Mars, qui positus in

C., & tunc altissimus, abest à terræ 21005. semidiamentris terræ, appareretque instar stellæ tertie magnitudinis. At quando consistit in Perigeo P., terræque incedit proximus, longè major apparet: immo teste Tychone magnitudine sua aliquando Lunæ apparentiam propemodum æmulari visus est, distatque tunc à centro terræ 2373. semid. terr. Supra Martem altior eminet Jupiter in B. cum quatuor suis asseclis, sive comitibus, qui sunt quatuor stellulæ minores à Galilæo novo tubo astronomico jam olim detectæ; gyraur illæ perpetuò circa corpus Jovis, quandoque ab eodem occultatæ, iterùmque conspicuæ. Distantia Jovis maxima à Ricciolo computatur semidiamentrorum terræ 47552.; minima 26441. Supra Jovem magnæ molis planeta volvitur Saturnus cum duobus comitibus in A., cujus distantia à centro terræ maxima computatur eidem P. Ricciolo in semidiamentris terræ 90155.; minima verò 57743. Scio equidem alias, & ab his aliquantum diversas planetarum distantias P. Ricciolum habere in sua Astronomia reformata, sed ad nostrum institutum ista sufficiunt.

Ex septem planetis duo duntaxat, nempe Sol, & Luna semper sunt directi, & secundùm ordinem Signorum caelestium incedunt, nempe ex Ariete in Taurum, ex Tauro in Geminos, & ex his in Cancrum, &c. At reliqui quinque planetæ fiunt quandoque retrogradi, & incedunt contra ordinem 12. Signorum caelestium, puta ex Ariete in Pisces, ex Piscibus in Aquarium, & hinc in Capricornum, &c. Saturnus quidem

&





de Joviter fuit retr
 anno, Meri semel
 Venus semel singul
 Mercurius quot a
 qui motus cum pre
 natura sine grav
 litatus.

Omnes sex pla
 à Sole accipiunt,
 minuitur juxta va
 terra, solumque d
 quo semper dimi
 illuminatur, nec
 semper eodem p
 parat in K., sed
 uti patet ex Figur
 dem semper lucen
 namque, & Facu
 in ejus disco appare
 lationes corporis se
 atmosphaerae nubiu
 natantes, quae quia
 (uti manifeste con
 vationibus earunde
 rum & Ingollstadij i
 lini in China habi
 que motu Solis circ
 celerrime circumae

Quinque planec
 brimus, Solem pro
 que verò Sol & Luna
 tum moveantur, sunt
 ruz excentrici, sive
 solaris & lunaris no
 ruz, aut universi ce
 nstra astate Solis Apog
 borealibus, videlicet
 cillit, idcirco Sol in
 boreali motatur diutius
 bus 186, & horis fere
 sphato autem Austra
 rum 176, & horis 2
 planetz quandoque te
 us, quandoque ab ead

& Jupiter fiunt retrogradi semel in anno, Mars semel quovis biennio, Venus semel singulis sesquiannis: at Mercurius quot annis ferè quater, qui motus cum prorsus sit exoticus, à natura sine gravi causa non est institutus.

Omnes sex planetæ lucem suam à Sole accipiunt, quæ augetur, & minuitur juxta variam distantiam à terra, situmque diversum à Sole, à quo semper dimidia ferè pars eorum illuminatur, nempe b. c.: at non semper eadem pars illuminata apparet in K., sed tantum pars a. c., uti patet ex Figura. Sol tamen eandem semper lucem retinet; Maculæ namque, & Faculæ, quæ subinde in ejus disco apparent, sunt exhalationes corporis solaris, ejusdem atmosphæræ nubium instar quasi innatantes, quæ quia Soli proximæ sunt (uti manifestè concluditur ex observationibus earundem sæpe Macularum & Ingolstadij in Bavaria, & Pekingi in China habitis) ipsæ quoque motu Solis circa proprium axem celerrimè circumacti abripiuntur.

Quinque planetæ superiores, ut diximus, Solem pro centro habent: ipse verò Sol & Luna, licet circa terram moveantur, sunt tamen & ipsi terræ excentrici, sive centrum orbitæ solaris & lunaris non est idem cum terræ, aut universi centro; & quia nostra ætate Solis Apogæum in Signis Borealibus, videlicet in 10. gradu ☊ existit, idcirco Sol in hemisphærio Boreali moratur diutiùs, nempe diebus 186., & horis ferè 14.: in hemisphærio autem Australi diebus tantum 178., & horis 15. Omnes planetæ quandoque terræ viciniore, quandoque ab eadem remotio-

res consistunt: & idcirco motus eorum varius est; major quidem, quando remotiores sunt à terra: minor, quando viciniore. Motus Lunæ medius intra unum horæ minutum primum P. Ricciolo computatur leucarum Germanicarum 285. Motus autem Solis juxta Tychonem in distantia media intra unam horam est semidiametrorum terræ ferè 301., juxta Ricciolum autem 1910. Inde quantum spatium Saturnus planetarum altissimus, sive à terræ centro remotissimus in suo cælo intra unum horæ minutum conficiat, utcunque colligi poterit ex Figura II. Folij C. C. Sit enim Globus terræ a. b. c., ejusque semidiameter a. c.: si ergo Luna in S. posita uno horæ momento percurrat spatium S. V., leucarum 285.: ingens certè sub eodem Angulo N. a. O. Sol conficiet spatium N. O., Mercurius L. M., Venus I. K., Mars G. H., Jupiter E. F., Saturnus C. D., & stellæ fixæ A. B., qui tamen arcus adhuc plurimum auferentur, si debita distantiarum proportio in schematis descriptione observari potuisset.

Porro quòd stellæ fixæ in cælo fidero supremum obtineant locum, uti habet Figura I., & II., omninò indubitatum est, cum fixæ ab erraticis, sive planetis hodie deprehendantur non rarò occultari. Variant nihilominus in definienda fixarum distantia Astronomi. Tycho Brahe maximam earum distantiam ponit 14000, semidiametrorum terræ., Maginus 40220., Ricciolus 210000., Rheita 20000000., Keplerus 60000000., unusquisque juxta sua fundamenta, & hypotheses. Sunt præterea duo adhuc dubia circa stellæ fixas. Pri-

T

mum

num est, an omnes æqualem à terra distantiam habeant, adeoque consistant in una serie, sive eadem omnes superficie? an verò una sit altior altera, quemadmodum in Figura I. dispositæ consistunt? Quòd si verum esset, quod Chauvinus in suo Lexico ait, à modernis Astronomis deprehendi, quasdam fixas occultari ab alijs fixis, tunc utique negari illis non posset diversa altitudo, seu à terra distantia. Verùm sicuti ejusmodi occultationes fixarum fieri à planetis indubitatum est: ita è contrario fixas occultari à fixis, à nullo insigni Astronomo hætenus assertum legimus. Alterum dubium est, an stellæ fixæ propriam habeant lucem, an verò eandem cum reliquis planetis à Sole accipiant? Pro utraque sententia stant Authores non pauci, sed divinationibus potiùs, quam efficaci aliqua ratione nixi. Quòd eam à Sole accipiant, vix mihi videtur probabile. Licet enim Solis activi-

tas, seu vis illuminativa ad Saturnum usque pertingat, malè tamen ex eo concludit non nemo, illius activitatem ad ipsum quoque fixarum cælum extendi; cum ex plurium Astronomorum sententia adhuc longè major sit distantia fixarum à Saturno, quàm sit Saturni à Sole, etiam sibi opposito. Dicendum igitur, quòd vel omnes fixæ luce propria sint præditæ; vel certè tenenda non improbabilis Kircheri opinio, existimantis, quòd stellæ illæ, quas primæ magnitudinis dicimus, lumine proprio instructæ alias subinde fixas sibi propiores illuminent. Quod si verum est, tunc ad prius quoque dubium probabiliùs videtur responderi, non eandem fixis omnibus esse à terræ centro distantiam, sed minores, à primi honoris sideribus illuminandas, remotiores esse; sic enim faciliùs, meliùsque pars nobis terricolis obversa illustratur.

PROPOSITIO II.

Planetis omnibus suis in sublunaria influxus adstruitur.

Primum ad asserendam hanc planetarum omnium in hæc sublunaria influentiam argumentum desumitur à multiplici experientia. Unam alteramve breviter hinc insinuamus. Lunà crescente, & ascendente feliciùs & uberiùs crescere semina, implantari flores, frondes, & arbores; contrarium autem evenire eadem Lunà decrescendo, & descendente testantur hortulani periti, & ipsimet etiam agricolæ. Rursus Luna existente in Horizonte ortivo in media nocte, & inde ascendente, Mare intumescere usque ad meri-

diem, iterumque defluere usque ad mediam noctem: item eundem Martis æstus magis intendi in Novi ac Plenilunij, quàm in Quartis, hodie in confesso est apud peritos nautas & Navarchos. Item in Plenilunij magis distenduntur, & pinguiore redduntur cancri & ostrea; nôrunt id passim piscatores, qui propterea eorum capturam ad hoc tempus instituunt. Sed & morbos calidos Lunà crescente, & descendente augeri, imminui autè eadem Lunà decrescendo & ascendente fatentur peritiores medici. Rana summo hyemali frigore

Planeta omni
 ore ad ripa multo
 inde effusa stant
 lo alligatæ ponat
 nocte, murur in g
 formam figurâ, f
 formam ortu \$, s
 modi gluten, live
 scitissimum mult
 remedium, cui p
 non erit adhibitu
 ne in iplo Plenilun
 rum ne longius p
 voces, hoc in te
 cape: Luna dec
 dente, præsertim
 bus potum meius
 mare uti soles;
 eundem diei arit
 deprehendes plus
 & tanto quidem m
 p'a, quo minus Lu
 rario erit impedi
 rem se habere. c
 apium Luna cresce
 in Signa Australia
 Argumentum
 planetis omnibus
 virtutem, & in h
 anni temporibus d
 em ex ijs, qui su
 iz obstinati in h
 experientiam explod
 que hæc tanta inte
 tempora nascatur d
 remi tantis auræ r
 placies, & intemper
 us Borealis? un
 ternior aura veris
 us talor & æstus
 tumo benignior cal
 pra tunc constitui
 bum pocal dubio,
 versari, tunc dive
 esse Solem, & fortat

gore ad ripas rivulorum sepulta, & inde effossa si secundum pedem bacillo alligata exponatur Lunæ plenæ de nocte, mutatur in gluten servatâ solâ formâ, seu figurâ, Helmontio teste de formarum ortu §. 56. Vidi ego ejusmodi gluten, sive unguentum, præsentissimum multorum morborum remedium, cui præparando aliud non erat adhibitum, quàm radij Lunæ in ipso Plenilunio existentis. Verùm ne longiùs petita in dubium revoces, hoc in te ipso experimentum cape: Lunâ decrescente, & ascendente, præsertim in Signis Borealibus potum metire, quo una die promore uti soles; rursus etiam metire ejusdem diei urinam, & manifestè deprehendes plus urinæ quàm potûs, & tantò quidem major erit urinæ copia, quò minus Luna à planeta contrario erit impedita. Paulo aliter rem se habere deprehendes, si id ipsum Lunâ crescente, ac descendente in Signa Australia tentaveris.

Argumentum II. ad asserendam planetis omnibus in hæc inferiora virtutem, & influentiam à quatuor anni temporibus desumitur. Quæro enim ex ijs, qui suæ tantùm phantasiæ obstinati inhærent, & omnem experientiam explodunt, ex quo capite hæc tanta inter quatuor anni tempora nascatur diversitas? unde hyemi tantus auræ rigor, tot nives, glacies, & intemperies in his partibus Borealibus? unde mitior, & amœnior aurâ veris? unde æstati tantus calor & æstus? rursùmque autumnobenignior cæli facies, & moderata terræ constitutio? Respondebunt procul dubio, si sapiunt, adversarij, tantæ diversitatis causam esse Solem, & fortassis Lunam Soli

superadditam. Sed obsecro, cur uni Soli admetiuntur effectus adeò diversos? nunquid enim effatum est Philosophi: idem semper facit idem, nempe eadem causa eundem semper parit effectum? Idem ergo Sol cur adeò rigidam & frigidam facit hyemem, ver & autumnum longè mitiora, æstatem adeò calidam & æstuosam? Respondebunt adversarij, Solem semper quidem esse eundem, sed diversum esse ejus situm, & applicationem, ob quam radij solares hyeme vix obiter radunt, & obliquè tantùm perstringunt superficiem terræ; vernò autem tempore Sol jam altior, æstate verò altissimus est: unde radij ejus in terram incidunt magis directi, iisdemque per reflexionem etiam fiunt duplicati. Res in exemplo & Figurâ clariùs elucefcet. Sit enim in Figura II. Folii H. Globus terreus P. A. Q. stabilis, & Sol in suo Circulo mobilis in puncto C., & quidem in Tropico Φ , adeoque media hyeme, unde projiciet radium valde obliquum C. A. in superficiem terræ A., ex quo puncto idem radius obliquus reflectitur in partem oppositam, & sub eodem Angulo ex A. in N. (Angulus enim incidentiæ F. A. C. æqualis est Angulo reflexionis V. A. N.) & superficiem terræ A., aëremque intermedium parum aut nihil attinget, aut calefaciet. Unde hyberno tempore aurâ, & terra in suo rigore persistunt. At ubi Sol ad punctum S., & in V Signum assurgit, radius S. A. jam magis directus incidit in A., & inde etiam directior in M. reflectitur, jamque vicinior habitatoribus A. ipsam terram, auramque fortiùs afficit, & utriusque rigorem mitigat. Denique ubi Sol

T a usque

usque in D., & Tropicum \mathcal{E} evasit, tum verò radius solaris D. A. directior in punctum A. incidens, & æquè directus in punctum L. reflexus, habitatores ipsos vehementius afficit, & terram, auramque fortius inflamat, quod in æstate contingit. Eadem ferè est ratio, quòd ubivis locorum habitatorum cæteris paribus major sit calor in meridie, quàm in Solis ortu, aut occasu.

Verissimum igitur est, à vario Solis situ & applicatione ad terram nasci diversitatem, quam experimur, quatuor anni temporum. At cum annis singulis idem prorsus sit ad sensum nostrum his quatuor anni temporibus situs, & applicatio Solis ad terram, cur nihilominus diversis annis adedò diversa sunt hæc eadem anni tempora? cur hyems una severior alterà? cur tempus vernum, & autumnale unum mitius altero? cur æstas una est alterà ferventior, sterilior, aut fecundior? Ubi enim idem situs & Solis ad terram applicatio, cur non est eadem veris aut æstatis anni unius cum vere, aut æstate alterius anni conditio? Dicet fortè nonnemo, diversitatem unius veris ab altero nasci quandoque à residua copia nivis, quæ hyeme præcedente major cecidit, quàm alijs annis, aut à pluvijs, ventisque insolitis. Sed inane hoc responsum est; rursus enim quæritur, cur hyeme anni præcedentis plus nivis ceciderit? cur venti ac pluvix magis insolitæ exstiterint, quàm hyeme hujus anni, cum juxta eadem causa sit hyemis ac veris anni præsentis, quæ fuit præcedentis, nempe Sol? Sed neque stellis fixis hæc hyemis, aut veris diversitas tribui potest: stellæ namque fixæ quot an-

nis eundem situm ad Solem & seipsas retinent, quomodo ergo uno anno aliud ver, aut æstatem efficiunt diversam, quàm altero?

Quidquid igitur dicas, aut quocunque te veritas, semper in eadem difficultatem impinges, semper in eadem quæstionem incurres, nisi etiam alias stellas & causas cælestes in Solis consortium admittas, quæ & ipsæ vario suo situ & applicatione etiam vernum, hybernium, & æstivum tempus quot añis varient, & diversum efficiant. Porrò cum præter fixas non sint aliæ in cælo stellæ, quàm, absque Sole, sex planetariæ sive erraticæ, neque illæ (ut ratio suadet) possint, aut debeant in cælo esse otiosæ, aut gratis a Deo positæ, cum tam varius ac mirabilis earum motus nullum planè haberet finem, utpote paucissimis tantum in terra cognitum: prudenter igitur sex illis stellis erraticis sive planetis ultima tandem hæc diversitas rectè adscribitur.

Confirmatur hoc ipsum pluribus instantijs. nam I.^o denegata stellis erraticis omni virtute & influxu in hæc sublunaria, sive interiora, non potest reddi ratio solida, cur hoc anno experiamur adedò frequentes tempestates & grandines? cur alio ventos exoticos? alionubifragia, inundationes Marium, ac Fluminum, terræ motus insolitos? Rursus cur Cometæ etiam plures hoc anno in cælo compareant, & nulli observentur anno sequenti? item unde hoc anno proveniat ingens copia murium, muscarum, crabronum, vermium &c., agros & vineas devastantium, cum alijs annis vix aliquid horumprehendatur? unde hoc anno originem sumat pestis, febres calidæ, lues pe-

corum

Planetic

corum, alijsque
& conagium? cur
sentur dolores den
res calidi? Rur
infelsa, & freque
doga, morbi ar
paris & animi ma
pore aut nulla noc
tatiissima?
Horum eventus
cana naturæ repo
sophi unice suis
tenti. Medici
morborum spec
ijsdemque curar
omnem adhiben
& origine parit
in quoque dia
versari eorum ma
var, curus, in
planetæ, de veter
requirit. Ab
prium est hoc tri
aut veterum scie
telligunt, aut p
judicant, atque
stitioni ut plurimū
nibus imbuti, di
dicendi erit locus
um sint paucissimi
nator, qui rerum
oculos versantium,
quos ipsimet in se c
tur, veram possin
& originem.
Ridiculum planè
tam, qui dolores,
capitis, aut vent
colpam unice cor
luducam, alius in
ybie comestam,
aut nullus utramq
nec tamen dolorem
m. c. i. inde reuleru

eorum, aliique morbi universales, & contagiosi? cur hoc anno grafsentur dolores dentium? alio dolores calculi? Rursus alio tempore infesta, & frequens sit cholica, podagra, morbi artritici, aliique corporis & animi mala, quae alio tempore aut nulla notantur, aut non nisi rarissima?

Horum eventuum causas inter arcana naturae repositas credunt Philosophi unice suis speculationibus intenti. Medici unice laborant, ut morborum speciem deprehendant, iisdemque curandis duntaxat curam omnem adhibent, de eorum causis, & origine parum solliciti. Astronomi quoque diu nocturne inter sidera versati eorum magnitudinem observant, cursus, motusque contemplantur, de virtute & efficacia non requirunt. Astrologi, quorum proprium est hoc tribunal, & iudicium, aut veterum scita & placita non intelligunt, aut perperam ex iisdem iudicant, atque decernunt, superstitiosi ut plurimum, & falsis opinionibus imbuti, de quibus alias plura dicendi erit locus; ut adeo mortalium sint paucissimi caeteroquin etiam nascuti, qui rerum sibi identidem ob oculos versantium, aut effectuum, quos ipsimet in se quotidie experiuntur, veram possint reddere causam, & originem.

Ridiculum planè est, audire quosdam, qui doloris, quem sentiunt, capitis, aut ventriculi, causam & culpam unice conferunt unus in lactucam, alius in carnem bubulam pridie comestam, qui tamen centies aut millies utramque comederunt, nec tamen dolorem capitis, aut stomachi inde reculerunt. Alia proin-

de causa utrique malo subsit, necesse est; quae illa? Forsitan bilis in stomacho, aliave cruditas indigesta, cui proinde digerendae medicus praescribit abstinentiam, illamque subinde adhibitâ potione medicâ expugnare aggreditur, at sine fructu, & emendatione mali: tentatur ergo venae sectio, adhibetur unctio, aliisque remedia ex herbis decocta, ex margaritis aurôque preparata, nec tamen aeger inde convalescit. Unde labuntur dies, ac menses. & quandoque anni integri, donec nempe compleatur tempus in supernis huic morbo definitum, quo aeger fortè facit haustum aquae frigidae, & sensim melius habet, crediturque ex hoc fonte, & haustu hausisse salutem. Nempe tam potens medicamentum est haustus aquae frigidae! qui post tot remedia & pretiosa incassum adhibita potuit morbum adeo diuturnum, & malum inveteratum uno quasi momento edomare, & penitus abstergere. Certè qui hoc sibi persuadent, aequè simplices ac ridiculi sunt, quàm illi, qui malum ex lactuca, aut bubulâ comestâ sibi unice obvenisse credunt, Philosophi malè consulti, qui nasum & intellectum ijs duntaxat immergunt rebus, quas infra se vident, nec semel quidem ad superna oculos, animûve reflectunt.

Tertium praeterea pro adstruendo planetarum omnium in sublunaria influxu argumentum est tam multiplex, & tam varius illorum motus, quorum primus dicitur motus *Communis*, nempe stellis omnibus conveniens, quae intra 24. horas quotidie ab Oriente per Meridiem transseunt in Occidentem, & inde per

mediam noctem redeunt ad Orientem.

Alter planetarum motus dicitur *Proprius*, quo certo quoque tempore ex Septentrione, feruntur in Austrum, & inde revertuntur in Septentrionem, accedunt ad nostrum verticem, & inde rursus recedunt. Dicitur quoque motus Longitudinis, quia nimirum quò magis, minúsve planeta ab V Signo motu hoc recedit, eò etiam majorem, minoremve dicitur habere Longitudinem. Est autem motus iste vel *Directus*, vel *Retrogradus*. *Directus* est, quo in Zodiaco rectà progrediuntur planetæ, & juxta ordinem, sive seriem Signorum cælestium, puta, ex Ariete in Taurum, ex Tauro in Geminos, & sic de reliquis. *Retrogradus* est, quo planetæ certo tempore moventur contra ordinem Signorum cælestium; ex. gr. ex V non progrediuntur in Signum 8; sed retrogrediuntur in X. Motus hic planetis omnibus, si Lunam cum Sole excipias, communis est.

Tertius planetarum motus est motus *Altitudinis*, quo stellæ omnes, etiam fixæ, quotidie in exortu suo ab Horizonte incipiunt elevari usque ad culmen, sive Meridiem (quæ est earum maxima cujusque diei altitudo, eaque crescit, vel decrescit, prout planeta magis, minúsve ad verticem accedit, vel recedit) & inde pari passu ad Horizontem redeunt, & demissiores evadunt.

Quartus motus est *Elongationis*, sive *Distantiæ à centro terræ*, quo planetæ ab ipso centro terræ sensim magis magisque removentur, seu elongantur, atque iterum ad illud accedunt.

Haftenus dicta rei Astronomicæ imperiti non capiunt, nisi in Figuris & exemplis exhibeantur. Esto igitur Figura I. Folij H., ubi repræsentatur hemisphærium cæleste Orientale cum suis Circulis ordinarijs, in qua v. gr. Sol (eadem est ratio de alijs etiam planetis) existens in principio V, adeoque in ipso Æquatore motu *Communi* ex puncto A. exoriens transit ad Meridianum Q., indeque ex altera parte hemisphærij Occidentalis descendens & infra Horizontem Occidentalem demersus post 12. horarum spatium denuo Meridianum attingit in V, & ab eodem ad Horizontem Orientalem, & per punctum A. itidem post 12. horarum spatium revertitur ad Q.

Motu II. sive *Proprio* idem v. gr. Sol in data Figura movetur in Ecliptica E. A. C. ex ♋ in ♌ , ex ♌ in ♍ , &c; itaque ab uno Tropico transit ad alterum, nempe ex Solstitio hyberno E. hemisphærij Australis ad Solstitium æstivum C. hemisphærij Borealis, conficiens quotidie unum ferè gradum, & anno integro totum Zodiacum; quem alij planetæ citiùs, alij tardiùs absolvunt. Atque hoc motu *Proprio* planetæ omnes certo tempore ad nos, hoc est, verticem nostrum accedunt, aliòque recedunt. Hoc ipso, quem modò explicuimus, motu incedens Jupiter ex. gr. ex A., sive V in 8, ex 8 in II (quorum singula spatia integro ferè anno conficit) motu *Directo* moveri dicitur. Motu autem *Retrogrado* idem Jupiter, sive alius quicumq; minorum planetarum, incedit, si ex V in X &c. retrocedat; cujusmodi motu alius parciùs, alius frequentius movetur.

Motu

Planetis
Motu
gr. in principio
puncto A. ortus
te H. A. O. altitudi
gr. donec defert
Q., indeque
tem revertitur
dinem suam, sive
rizonte immutatur
Quartum de
gationis, sive De
ut intelligas
eiusdem Folij H
totus in A. Circ
initio (secundi
& P. orbis su
omnino loquitur
stant, cum
T. A., T. B., & T
quales esse inter
tear. comparatio
Circuli corpus
sit idem com
quod observatio
nanini consensu
Atque ex his
tarum inter se pe
mirandis vulgo vi
innotescit. Vide
quæc docti Solem
etiamque stellarum
quotidie oriri, & o
aliquos planetas à
guere nesciant, eo
tum non agnoscunt
tant agricolæ non
hic mundo præ
Principes, Solem
nostro vertici vicin
lyeme haud multum
tem alligere, neq;
ex quo exire, aut
hoc nobis accidat &
terre plaga incol

Motu tertio, sive *Altitudinis Sol* .v. gr. in principio V existens ex A. puncto sui Ortus sensim ab Horizonte H. A. O. altiùs atque altiùs assurgit, donec defertur ad Meridianum in Q., indeque sensim ad Horizontem revertitur, identidem altitudinem suam, sive distantiam ab Horizonte immutans.

Quartum denique motum *Elongationis*, sive *Distantiæ* à centro terræ ut intelligas, inspicienda Figura III. ejusdem Folij H., in qua Sol constitutus in A. Circuli sui Apogeo, B. initio secundi quadrantis Anomalix, & P. orbitæ suæ Perigeo, diversas omnino sortitur à centro mundi distantias, cum lineas distantiarum T. A., T. B., & T. P. admodum inæquales esse inter se ad oculum pateat; cujus ratio est, quòd centrum Circuli corpus solare deferentis non sit idem cum centro terræ T., id quod observationes Astronomicæ unanimi consensu attestantur.

Atque ex his tot motibus planetarum inter se prorsus diversis, & admirandis vulgo vix unus, aut alter innotescit. Vident enim indocti æquè ac docti Solem, & Lunam, cæteramque stellarum multitudinem quotidie oriri, & occidere; sed cum reliquos planetas à stellis fixis distinguere nesciant, eorum quoque motum non agnoscunt. Animadvertunt agricolæ non minùs, quàm qui huic mundo præsunt Magnates ac Principes, Solem æstivo tempore nostro vertici vicinum existere, & hyeme haud multum supra Horizontem assurgere, neque tamen sciunt, ex quo capite, aut ad quem finem hoc nobis accidat &, cur alijs alias terræ plagas incolentibus eodem

tempore secus eveniat. De motu verò planetarum *Proprio*, *Directo*, *Retrogrado*, & *Distantiæ*, sive *Elongationis* à centro terræ plerique, qui Astronomiam ignorant, nihil admodum discernunt.

Quis jam adeò hebes, & obesi ingenij sit, ut non intelligat, naturam in his motibus inveniendis, atque tam scitè adornandis gratis non laborasse, vel certè alium finem habuisse, quàm ut à paucis mortalibus, solis nempe Astronomis, agnoscerentur? Quòd si verò dicas, te toties cælum aspicerè, neque tamen ista videre, ajo, scientias, earumque fundamenta non solo aspectu, sed multo usu, atque experienciâ disci; neque enim artis pictoriæ secreta continuo percipit, qui picturas, aut etiam pingentem aliquoties aspicit. Porro quem finem tot, tamque diversis planetarum motibus natura destinaverit, à priori non facile est decernere. Si enim in explorandis plerisque naturæ arcanis, certè omnium maxime in cælestibus magistrâ experienciâ standum est: quid verò experientia nos in præsentis negotio doceat, aliàs diximus.

Quartò planetas omnes influere in sublunaria probatur ex continua variatione luminosi vultus, quæ variatio non reperitur in stellis fixis, quibus planè in simili constitutione aëris eadem semper constat plenitudo lucis. His accedit Sol unicus stellarum omnium, ac siderum princeps, cujus lumen ac vultum nulla unquam variat vicissitudo temporum. Etsi enim quandoque reperiantur in ejus imagine quædam Maculæ, & Faculæ, cæ tamen ejus vultui stabiles non inhærent, sed tanquam

quam

quam umbra prætereunt, & quasi muscæ pulchritudinis faciem Solis splendidiorem reddunt. Neque etiam conveniebat eandem lucis variationem, quam in reliquis planetis observamus, ipsum etiam Solem pati, utpote à quo tanquam fonte, & origine omnis lucis omnibus reliquis sideribus profuit decor, & lucis abundantia.

Atque ad Lunam quidem quod attinet, cæcus est, quem non advertit, illius lumen ad variam erga Solem habitudinem, situmque identidem augeri, atque iterum decrescere, ita, ut novum in dies singulos vultum induat. Idem planè de tribus superioribus planetis, videlicet Saturno, Jove, & Marte, hodie contestatum est omnibus Astronomis, qui longâ experienciâ per Astroscopia manifestè deprehenderunt, illos non minùs suo quoque tempore mutare lucem, quàm ipsam Lunam, hoc est, in oppositione cum Sole plurimum habere lucis, ita, ut & ipsi tunc instar Lunæ observentur pleni; in aspectu autem quadrato dimidiâ ferè sui parte, intellige, respectu nostrî, illustres notentur. Diversa nonnihil ratio in Venere est, & Mercurio; quia hi duo planetæ utpote Soli semper viciniore, ac comites perpetui ad oppositionem nunquam perveniunt: unde nec pleni lumine, ut cæteri planetæ, nobis fiunt conspicui, etsi lucem & ipsi varient continuò, nec vultum semper eundem observatoribus exhibeant; quorum omnium imaginem qualemcunque habes in Figura I. Folij C. C. expressam. Quis jam sibi persuadeat, tantam luminis variationem, atque aliam identidem apparentiam in pla-

netis à natura gratis esse introductam, aut finem alium non habere, quàm ut à paucissimis tantùm observatoribus, & quidem post inventa primùm Astroscopia tandem agnosceretur, quantumvis à cæteris mortalibus prorsus ignoretur? Neque dicas, hoc, & superiori argumento evinci quidem, naturam in tanta variatione lucis ac motûs planetarum procul dubio habuisse certum aliquem finem sibi præfixum: at verò, quòd finis sit planetarum virtus, & influxus in sublunaria, id quidem non probari. Respondetur enim, licèt fortassis argumenta hæc solitariè accepta rem sufficienter non evincerent, esse tamen & illis suum robur, si cum alijs nuper allatis accipiantur. His accedit, quòd, cum tot tamque differentium effectuum naturalium causas proportionatas, & legitimas inquiramus continuò, neque eas inter res creatas sublunares ullibi reperiamus, optimè in subsidium vocemus astra, etiam eo ex capite, quòd, quia in lumine, motûque tantopere sunt diversa, hoc ipso quàm convenientissimè dicantur causæ, tantæ effectuum varietati proportionatæ, præsertim ubi & experientia, ut superius vidimus, non obscure suffragatur.

Hæc de planetarum influxu factis probabiliter. Major est difficultas circa stellas fixas, num & ipsæ aliquem in sublunaria hæc influxum exercent. Ex una parte vix erit Philosophus, aut sanæ mentis Astrologus, qui tot, ac tam vasta corpora dicet in cælo prorsus otiosa, jisdemque omnem negabit influxum, quem tamen omnes concedunt Lunæ, omnibus stellis fixis ex probabili
Astro-

Planetis
Astronomorum
stellis fixis
inferior influxu
bit negotium A
cipue judicium
legitimum de qu
diciam amplius
do enim ex tot
trij, ac nec dum
liquid judicabit
cunque effectu
cessario: Adde
Astroscopij præce
Jo à Jacobo Meti
Izo de Galileis
nem redacti, in
in celo sideres
sint, quarum natu
hodie cognita est,
sunt compositis
Galaxia, sive
candida illa zon
cem gradus exen
bit sphaeram cele
turpiet cum antic
ipse etiam Aristot
esse meras exhalat
tamen per totum il
luppio exploratum
ze stellis lucidæ,
egregat, & quom
que procul du
influxu, atque vir
vanillimæ igitur, &
omnes concedunt Ad
post Ptolomæum
hæc tempora, hoc
stellis in themate na
gata, quia ab Ast
Immo etiam hodie
logem quædam, qui
tas Galaxie stellis,
variarum & viciam

Astronomorum sententiâ trigiesies
minor. Ex altera parte concessâ
stellis fixis al qua virtute, & in hæc
inferiora influxu, eousque intrica-
bitur negotium Astrologicum, præ-
cipuè judicarium, ut nulla ratione
legitimum de quocunque effectu ju-
dicium amplius ferri possit; quomo-
do enim ex tot causis, & tam va-
rijs, ac necdum satis cognitis certi a-
liquid judicabit Astrologus de quo-
cunque effectu, sive libero sive ne-
cessario? Adde, quòd subsidio A-
stroscopij præcedente primùm secu-
lo à Jacobo Metio inventi, & à Gali-
læo de Galilæis ad aliquam perfectio-
nem redacti, innumerabiles tandem
in calo sidereo stellæ fixæ detectæ
sint, quarum natura & virtus necdum
hodie cognita est. Ejusmodi stellæ
sunt cum primis nebulosæ, totaque
Galaxia, sive via lactea, quæ est
eandem illa zona, quæ alicubi ad de-
cem gradus excurrit, & totam am-
bit sphæram caelestem, circa quam
turpiter cum antiquis hallucinatus est
ipse etiam Aristoteles, asserens, eam
esse meras exhalationes siderum: cum
tamen per totum illud spatium Astro-
scopio exploratum compareant me-
ræ stellulæ lucidæ, etiam ab invicem
segregatæ, & numero propè infini-
tæ, quæ procul dubio omni prorsus
influxu, atque virtute non carent.
Vanissimæ igitur, & ridiculæ fuerunt
omnes conjecturæ Astrologicæ ante,
& post Ptolomæum, usque ad nostra
hæc tempora, hoc ipso, quòd tot
stellæ in themate natalitio fuerunt ne-
glectæ, quia ab Astrologis ignoratæ.
Immo etiam hodie vana sunt Astro-
logorum judicia, quia, etsi noverint
eas Galaxiæ stellulas, tamen earum
naturam & virtutem penitus igno-

rant: quas proinde Astrologi judi-
carij in suis thematis natalitijs dissi-
mulant; sed si suis principijs insistere,
& consequenter loqui velint, per-
peram: quomodo enim possunt
tot causæ negligi? & ijs neglectis
certi aliquid de quocunque effe-
ctu sive libero, sive necessario enun-
tari?

Hæc difficultas potenter stringit
Astrologos judicarios, qui omnibus
stellis etiam fixis virtutem & influ-
xum in hæc sublunaria tribuunt, &
propterea eas in suis thematis natali-
tijs reponunt, atque inde etiam suas
conjecturas desumunt. Quin & e-
undem labyrinthum ingrediuntur,
quotquot in Astrologia naturali hæc
in parte cum Astrologis judicarijs
philosophantur, & eandem virtu-
tem stellis fixis in hæc sublunaria con-
cedunt. Cùm enim Astrologiæ na-
turalis unicum fundamentum sit ex-
perientia, ex qua pluries iterata tan-
dem colligitur, à tali combinatione
siderum pendere talem effectum:
hæc autem combinatio non redeat,
nisi post annum Platonicum comple-
tum; hic verò juxta Aristarchum
constet annis 2494.; juxta Heracli-
tum 9987.; juxta Ciceronem 15000.;
juxta Hebræos Tabularum Alphon-
sinarum conditores 49000.: & tan-
dem juxta Kepplerum sit incomple-
bilis, inde frustra ejusmodi combi-
natio planetarum cum fixis à quo-
quam mortalium expectatur, nec
proinde experientia necessaria obti-
nebitur, sine qua tamen nihil un-
quam certi, nihil veri enuntiabitur.

Igitur ne in tradenda Astrologia,
experimentalis ijsdem difficultatibus
involvamur, ante omnia hic de stel-
larum fixarum influxu & virtute ex-

principijs Astronomicis statuendum est, eas nullam prorsus virtutem in hæc sublunaria immediatè exercere, sed eandem ad tres duntaxat superiores planetas, nempe Saturnum, Jovem, & Martem extendere. Ratio hujus asserti est primò, quia nullà experienciã legitimã potest probari, virtutem fixarum ad terram usque extendi. Secundò quia virtus activa, seu sphæra activitatis debet esse proportionata illarum magnitudini: cum igitur activitas Solis (cujus corpus ex mente Riccioli 38600. Globum terraqueum continet) ultra 7427. vel 7600. semidiametros terrestres, quæ est maxima ejus à terra distantia, non extendatur, quis sibi persuadeat, quòd activitas stellæ fixæ, etiam maximæ (cujus diameter ad summum semidiametros terræ 17. complectitur) extendatur ad distantiam propè trigies majorem, ac Solis, nempe ad semidiametros terræ 210000., quanta nimirum est stellarum à terra distantia? certè manifesta experientia testatur, ignem majorem ad majorem agere distantiam, & minorem ad minorem; cur ergo hic naturæ ordo, & cursus inter stellas fixas, & Solem invertitur? Tertio quia hac ratione non præjudicatur stellarum fixarum activitati, neque activitas earum nimium ultra captum humanum extenditur. Quarto quia hic ordo causarum cælestium in hæc sublunaria est omnium pulcherrimus, & divinæ providentiæ maximè conformis, quo per suprema dirigit media, & per hæc infima gubernat. Quintò denique, quia sic multitudo causarum cælestium in hæc sublunaria tollitur, & faciliùs de effectibus eorundem judicatur.

Interim tamen non desunt, quæ contra nostrum assertum argumenta objiciuntur. Primum est; antiquis & modernis Astrologis ac Poëtis recepta est opinio, Plejades, & Hyades cum Sole orientes commovere pluvias: Sole inter duas caniculas decurrente insolitos excitari calores: Orione sub initium Junij cum Sole exurgente concitari turbines, & in Mari tempestates gravissimas &c.; cumque hæc sint stellæ fixæ, negari non potest, fixas suam virtutem, & activitatem in hæc sublunaria extendere. Respondeo, omnino jam olim invaluisse erroneum hunc sensum; cum enim antiqui ad utrumque Polum mundi propiores non accesserint, mirum non est, quòd Atmosphæræ motum, verãque ventorum originem, & idcirco complurium effectuum sublunarium causas ignoraverint, easque stellis fixis attribuerint. Effectus igitur ejusmodi exoticos experientia manifestavit, non item veras eorundem causas, quas primùm duobus ferè seculis præcedentibus viciniore utriusque Polo Navarchi detexerunt. Igitur quòd circa diem decimum Maji (quo tempore cum Sole exoriuntur Plejades) frequenter, non tamen semper, sint dies aliquot pluvij, causa est, quia tunc Sol propinquior fit Atmosphæræ ad Polum Arcticum addensatæ, quam rarefactam dissipat in omnem partem, & cum ventis Borealibus ad nostras Regiones jam magis calentes propellit, in quibus subinde illa, utpote frigida, in pluvias resolvitur. Verùm hæc resolutio Atmosphæræ in pluvias, cum (ut dictum est) non quovis anno
fuc-

Planctus an
succedat, in Plejades
vientes referri non
deum causis eundem
operetur. Sed
tam æque uni t
possunt dictæ plu
hæc causa erit al
side eodem tem
& hanc varietate
Similem ferè
nitium lunij in a
no Atlantico,
incipiunt vhen
Boreales, non
nis exoritur, sed
co jam vicin
Borealem sentie
Mare Occident
propellit, illudq
procillas extollit.
Par est ratio d
ribus, quorum
quaquam à duab
nibus canis maje
veniunt, sed qu
Arctico versus Au
Signo recessit, & i
Boreales, incip
Australes, qui So
tangunt, & inc
his adde, quòd re
tumata, & nunc
is exhalationibus
viti resistebant, per
in distopiam recip
gendum Solis æthum
area Soli jungatur a
nea calidus, adhu
tempore intendetur
viti, minore calore
conspicuis Provinci
ferreus animad
feste obtinet, non
annis eodem plane sic

succedat, in Plejades cum Sole exorientes referri non potest, cum eadem causa eundem semper effectum operetur. Sed & eandem ob causam neque uni tantum Soli attribui possunt dictæ pluvix; unde alia adhuc causa erit assignanda, quæ subinde eodem tempore Soli assistat, & hanc varietatem inducat.

Similem ferè ob causam circa initium Iunij in amplissimo illo Oceano Atlantico, & Mari Occidentali incipiunt vehementius grassari venti Boreales, non quia tunc sidus Orionis exoritur, sed quia Sol Polo Arctico jam vicinior Atmosphæram Borealem sensim rarefactam versùs Mare Occidentale patentissimum propellit, illudque in fluctus, atque procellas extollit.

Par est ratio de diebus canicularibus, quorum calores insoliti nequaquam à duabus illis constellationibus canis majoris, & minoris proveniunt, sed quia tunc Sol à Polo Arctico versùs Austrum integro ferè Signo recessit, & idcirco cessant venti Boreales, incipiuntque dominari Australes, qui Solis calores multum adaugent, & intensiores reddunt. His adde, quod terra jam prius inflammata, & nunc tandem ab omnibus exhalationibus, quæ prius calori resistebant, perpurgata, aptissimè sit disposita ad recipiendum, & augendum Solis æstum. Quod si præterea Soli jungatur alius quidam planeta calidus, adhuc amplius eodem tempore intendetur æstus, quæ major, minorve caloris intensio (quam cum primis Provinciæ Boreales paulo ferventiores animadvertunt) manifestè ostendit, non caniculas quot annis eodem planè situ cum Sole re-

currentes, sed longè alias concausas ad hanc diversitatem Soli cooperari. Plura de his in Geographia naturali de ventis curiosus Lector inveniet.

Argumentum secundum contra nostram assertionem est: stellæ fixæ lucem suam æquè ac planetæ producunt, & ad terram usque propagant; quia à nobis terrigenis non minùs videntur in cælo, ac planetæ: cur ergo non possunt ad terram usque producere alias etiam qualitates, & effectus, quos possunt producere planetæ? Responsum ad hæc jam satis colligi potest ex dictis: quia quod stellæ fixæ lucem suam propagent usque ad terram, manifestâ, & oculari constat experientiâ, non item, quod propagent eousque alias etiam qualitates, & effectus. Et ratio disparitatis est; quia lux faciliùs ad tantam distantiam extenditur, quàm aliæ qualitates: lux enim contrarium positivum non habet, habent autem aliæ qualitates primæ, quæ proinde majori conatu ad sui productionem indigent, quàm lux. Sed contra urgebis ex P. Kircherò libr. V. Itinerarij Extatici, dicendo: fieri non potest, ut, ubi lux est, ibi calor absit; quod suum assertum affirmat ille verbis D. Augustini serm. 59. ita loquentis: *Sol, Candor, & Calor, & tria sunt vocabula, & tria unum; quod candet, hoc calet; quod calet, hoc candet. tria hæc vocabula, res una dignoscitur.* Sed respondetur, hoc effectum S. Doctoris sublimiorem habere sensum, quàm verba sonent: quod enim de Sole ipse enuntiat, de quibusvis alijs rebus affirmari non potest: neque omne, quod calet, hoc ipso etiam candet; corpus enim Æthiopsis calet, neque tamen candet,

sive candorem, sive candescendum per hoc verbum, *candet*, intelligas. Sed neque verba P. Kircheri universim subsistunt: quia metalla probe polita lucidissima sunt, neque tamen naturam suam calidam, sed frigidam: ipsa quoque glacies frigidissima est, & tamen lucida. Unde fieri potest, ut ubi lux est, ibi calor absit.

Possunt itaque stellae fixae suam lucem extendere usque ad terram, non item alias qualitates, & effectus eousque propagare; prius necessarium omnino erat: quia ceteroquin nullus terrigenarum vidisset, & agnovisset tam manifestum divinae Majestatis argumentum, quod ex tot millenis, immo & millionibus stellarum fixarum relucet, & oculis mortalium quotidie objicitur. Posterius autem necessarium non fuit; quia illud per 7. stellas planetarias abunde praestatur. Interim hoc asserendo nolim abnuere stellis fixis (ne tot, tantaque corpora videantur in caelo otiosa) virtutem aliquam aliarum etiam qualitatum, & effectuum productivam: at tamen hanc ipsam intra suae activitatis sphaeram, quae ultra trium superiorum planetarum sphaeram non extenditur, uti paulo ante statuimus.

Verum contra hoc ipsum replicabit non nemo dicendo: non apparet, quid operentur, & quosnam effectus producant stellae fixae in tribus superioribus planetis, cum horum nihil experientia testetur. Respondeo, similes ferè effectus produci à stellis fixis in planetis, quos planetae superiores producant in inferioribus, ipsoque terrae Globo, hujusmodi ex mente modernorum Astronomorum sunt varia phaenomena, & apparen-

tiae caelestes, quas inter locum principem obtinent Cometae, & novae stellae, Maculae item, & Faculae solares, &c.

Dices praeterea: si tot, immo innumerabiles stellae fixae inter se diversae habent virtutem, & potentiam itidem diversam, tum fiet ingens rerum, & actionum confusio; quod enim una stella producat, altera destruet, eruntque planetae in perpetuo motu, & alteratione, atque ita nunquam statui poterit aliquid certi, imò nec probabile quidquam de eorundem natura, & conditione poterit pronuntiari: unde frustraneae erunt, & irritae omnes planè divinationes exinde desumptae. Respondeo, hoc argumento vel maxime affligi Astrologos judicarios, qui suas divinationes non ex planetis solum, sed ex certa combinatione stellarum omnium, etiam fixarum ad unum temporis momentum desumunt, quia stellis fixis non minus quam ipsis planetis virtutem in hac sublunaria tribuunt, quam tamen nullam unquam experientiam legitimam satis confirmare poterunt. Eos vero, qui influxum fixarum ad planetas tantum restringunt (ita nimirum, ut fixae solum in planetas sibi conjunctos, aut certè conjunctioni proximis agant, quod solum permitimus; cum alias influxu aliquo stellis fixis in planetam etiam oppositum sibi concessio, sphaeram activitatis illarum non tantum non restringeremus, sed nimium quantum extenderemus, ad eam nimirum amplitudinem, quae ex fixarum, & planetarum à terra distantia simul accepta exurgeret) eos, inquam, qui sic de fixarum influxu statuunt, minus ur-

get

get hoc argumen
naturae, & diver
fluxus Globum te
liter non immut
ut à primordio e
torraqueus eam
veneat, & stan
versus stellarum
toram, ac com
notabiliter non

Postquam
hac suble
mus, & a
experientia uter
nunc quae sit
prius ab experient
placis determi
minata facilius
usque le virtus
effectus produca
Quod calum
mentum illud sp
natur sidera, i
quibz purissimas
ta non sint corpe
mixta, & ex solid
ita, adeoque cor
quemadmodum e
aqueus, hodie
us, & sententia
& SS. Patribus, &
experientia confor
vis Aristoteli sic co
rebus Mathematic
in Astronomicis,
miles hallucin
rethorum libri imp
rudus est constet
Dixi autem in

get hoc argumentum : quia, sicuti naturæ, & diversus planetarum influxus Globum terraqueum notabiliter non immutat, adeò quidem, ut à primordio orbis conditi Globus terraqueus eandem planè naturam retineat, & statum; ita quoque diversus stellarum fixarum influxus naturam, ac conditionem planetarum notabiliter non alterat, eà ferè ra-

tione, qua medicamentum ex multis rebus etiam diversis attemperatum naturam relevat, non deperdit.

Igitur stellæ fixæ agunt in tres superiores planetas, hi verò in inferiores, ipsamque terram, nunc quidem potentiùs, aliàs verò remissiùs, prout nimirum sibi viciniotes fiunt, aut magis ab invicem remoti existunt.

PROPOSITIO III.

De natura planetarum.

Postquam virtutem aliquam in hæc sublunaria planetis asserimus, & assertam ratione atque experienciâ utcunque stabilivimus, nunc quæ sit singulorum natura priùs ab experienciâ, & antiquorum placitis determinemus, ut eâ determinatâ faciliùs etiam statuamus, quousque se virtus illa extendat, & quos effectus producat.

Quòd cælum sidereum, sive imensum illud spatium, in quo gyran- tur sidera, merus sit aër, sive æther purissimus, quòdque ipsa sidera non sint corpora simplicia, sed mixta, & ex solido ac fluido composita, adeòque corruptioni obnoxia, quemadmodum est ipse Globus terraqueus, hodie censetur verosimilius, & sententia probabilior; quia & SS. Patribus, & rationi, atque experienciæ conformior, quantumvis Aristoteli sit contraria, quem in rebus Mathematicis, & cum primis in Astronomicis, ac Geographicis multoties hallucinatum fuisse passim testantur libri impressi, & inter Eruditos est contestata veritas.

Dixi autem in genere, corpora

planetarum esse mixta, & ex elementis compacta non minùs quàm corpora sublunaria, utpote ex eadem massa condita, & ex eadem materia producta : qua ratione planetæ erunt causæ effectibus sublunaribus producendis magis conformes & proportionatæ. An verò elementa actu reperiantur in planetarum corporibus, an virtute tantùm, hoc est, eorundem qualitates, nonnisi per conjecturas decernitur. Prius asserunt Astronomi multi antiqui & moderni : sed posterius experientia probat evidentiùs. Sicut enim Philosophi singulis quatuor elementis duas tribuunt primas qualitates, videlicet Igni calorem & siccitatem, Aquæ frigus & humiditatem, Aëri humiditatem & calorem, Terræ siccitatem & frigus; ita singulis planetis Astrologi adstruunt duas primas qualitates, ex quibus veluti proprietatibus non minùs horum quàm illorum natura manifestatur. Igitur experienciâ teste

h. Saturno ex qualitatibus primis tribuuntur frigus & siccitas, ex quibus deducuntur sequentia.

V 3

Ex

- Ex animæ potentijs destinatur illi memoria.
- Ex membris lien & atra bilis.
- Ex morbis podagra, arthritidis, cholica, icterus niger, tussis, catharri, dolor dentium, calculus, raucedo, defluxiones frigida &c.
- Ex coloribus nigredo.
- Ex temperamentis melancholicum; unde prodeunt tristes, suspiciosi, pavidi, macri, taciturni, amari, & avari, fastidiosi, specularundi, &c.
- Ex animalibus camelus, ursus, & omnia noctivaga.
- Ex insectis serpentes, bufones, scorpiones.
- Ex arboribus quercus, sambucus, platanus, &c.
- Ex metallis plumbum. Dicitur h infortuna major.
4. Jovi ex qualitatibus adstruuntur calor & humiditas cum moderatione.
- Ex temperamentis sanguineum ignobilius; unde sunt jocosus, liberales, jactabundi, gloria avidi, amoeni, læti, ac pingues.
- Ex membris hepar.
- Ex morbis apoplexia, pleuritis, cardiaca, spasmus, cholica, &c.
- Ex coloribus cæruleus.
- Ex animalibus damæ, cervi, psittaci, &c.
- Ex arboribus laurus, rosæ, saccharum, &c.
- Ex metallis stannum. Dicitur fortuna major.
5. Marti ex qualitatibus conveniunt calor & siccitas cum excessu.
- Ex temperamentis cholericum; unde sunt audaces, temerarij, furiosi, crudeles, &c.
- Ex membris folliculus cum flava bile.
- Ex morbis pestis calida, febres acuta, icterus flavus, erysipilæ, dissenteria, &c.
- Ex coloribus ruber & flavus.
- Ex animalibus apri, lupi, tigrides, accipitres, galli, &c.
- Ex arboribus & herbis sinapi, piper, raphanus, &c.
- Ex metallis ferrum.
6. Soli ex qualitatibus tribuitur calor & siccitas.
- Ex temperamentis sanguineum nobilium; unde prodeunt magnanimi, generosi, humani, moderati, robusti.
- Ex animæ potentijs acre judicium.
- Ex membris cor cum arterijs.
- Ex morbis syncope, singultus, deliquia, &c.
- Ex coloribus aureus & fulvus.
- Ex animalibus, leones, aquilæ, falcones.
- Ex arboribus & herbis palmæ, rosamarinum, cariophyllum, frumentum, &c.
- Ex metallis aurum.
7. Veneri ex qualitatibus aliqui tribuunt calorem, & humiditatem moderatam, alij frigus & humiditatem itidem moderatam. Posteriores quidem cum majori ratione; quia ex planetis Venus tantum & Mercurius Soli à natura tanquam perpetui comites & affectæ sunt conjuncti. prior enim, ut alijs memini, ultra gr. 49. posterior ultra 29. gradus à Sole non recedit, idque non sine causa: quia cum
- Sol

Sol fecit
graminum
cupa sub
Venerem
quam duo
apposuit,
dentidem
fundorent
bus, quos co
parturæ at
per incorv
perstunt,
velut Lun
ticipant.
Est & altera
nimurum i
primis ani
men. Sol
semper vicin
rem directum
sponit illius
dum in ho
& generati
experientia
tempus, t
cum Sole Ve
netæ sensim
getur sangui
inde infecta
stiz nocantur
rite in Vener
lam non gradu
vero fabulan
aniqui.
Ex temperam
tur phlogmati
temperatum.
formosi, mal
urbani, miser
di, &c.
Ex membris rene
nalia.
Ex morboicabes
Ex coloribus vid

Sol siccitatem inducat & æstum gravissimum, ne ob hoc ipsum corpora sublunaria deficerent, Venerem & Mercurium tanquam duo stabella Soli vicina apposuit, qui illius siccitati identidem humidum suum affunderent, & æstum suis flatibus, quos continuo excitant, opportunè attemperarent, quod per intervalla magis minusque præstant, prout magis minusve, veluti Luna, à Sole lumen participant.

Est & alterum Veneris officium; nimirum in viventibus, & cum primis animalibus generare semen. Sol etenim Veneri ferè semper vicinus per suum calorem directum, & reflexum disponit illius humidum & frigidum in humorem prolificum, & generationi idoneum. Inde experièntiâ teste circa vernum tempus, ubi ab Austro redit cum Sole Venus, & utrique planetæ sensim accrescunt vires, augetur sanguis, & semen, ac proinde insecta, volucres, & bestia: notantur tunc magis prurire in Venerem. Ut adeò illam non gratis Deam amoris ex vero fabulam commenti sint antiqui.

Ex temperamentis Veneri conceditur phlegmaticum, attamen temperatum. Inde prodeunt formosi, mulierosi, affabiles, urbani, misericordes, verecundi, &c.

Ex membris renes & membra genitalia.

Ex morbis scabies gallica.

Ex coloribus viridis.

Ex animalibus hircus, phasianus, perdix, columba, turtur, passer, &c.

Ex arboribus balsamum, muscus, crocus, &c.

Ex metallis cuprum. Dicitur fortuna minor.

§. Nullus inter omnes planetas agilior ac mutabilior est Mercurio; hic enim modò infra, modò supra Solem consistit, modò ad illum accedit, modò ab eodem recedit: jam directus incedit, mox iterum retrogradus: nunc valde lucidus apparet, atque conspicuus, paulo post fit iterum invisus. Qua variatione, & continua mutatione Mercurius reliquorum planetarum influxum identidem variat, & combinationem totius virtutis cælestis aliter aque aliter temperat.

Porro hæc ipsa planetæ varietas & magna velocitas ansam dedit antiquis Mercurio asserendi ingenij celeritatem in hominibus, in brutis verò animalibus agilem & perspicacem phantasiam. Re ipsa cor ingenij est Mercurius, qui suo frigido, & sicco calore Solis sibi vicini non nihil retundit, & spiritus animales nimium volubiles non nihil figit, non quidem eo modo, quo Saturnus solet, continuo atque moroso, sed interrupto magisque vivaci.

Igitur Mercurio conveniunt ex qualitatibus siccitas, & frigus.

Ex temperamentis melancholicobiliosum: unde prodeunt suspiciosi, inquieti, astuti, ingeniosi,

- niosi, litigiosi, celeres, agiles, eloquentes, inconstantes, &c.
 Ex membris pulmones.
 Ex morbis phthisis, mania, balbuties, raucedo, tussis, &c.
 Ex coloribus cæsius, & varius.
 Ex animalibus vulpes, simia, serpens.
 Ex arboribus & herbis avellana, corylus, petroselinum.
 Ex metallis argentum vivum.
 D. Lunæ tribuuntur ex qualitatibus frigus & humiditas.

- Ex temperamentis phlegmaticum, unde prodeunt inconstantes, pingues, languidi, somnolenti, hebetes, pigri.
 Ex membris cerebrum.
 Ex morbis epilepsia, hydrops, lethargus, &c.
 Ex coloribus candidus.
 Ex animalibus lepus, asinus, conchilia, cygni, ranæ, pisces.
 Ex arboribus & herbis cucurbitæ, cucumeres, pepones, lactucæ &c.
 Ex metallis argentum.

PROPOSITIO IV.

De natura cælorum & officio planetarum in genere.

Immensum illud mundi spatium, quod est inter cælum empyreum, & globum terraqueum, merum esse aërem in tria spatia, sive cælos distinctum, ex communi Astronomorum æquè, ac Philosophorum sententia, hodie receprissimâ, jam supra indicavimus; etsi non desint præsertim antiquiores, qui firmamentum, quod est supremum mundi spatium, sive statio & cælum stellarum fixarum, solidum dicant, & instar crystalli pellucidum. De hoc cælo supremo satis, superque in rem nostram jam in Propositione II. sub finem egimus.

Alterum mundi spatium, cælum nempe medium, & planetarium, implet æther, sive aër purissimus, & proinde motui planetarum velocissimo maximè opportunum est: in eo namque non promiscuè, sed singuli in proprio suo spatio, & ordine aliàs à nobis relato, moventur septem planetæ cum suis affectis.

Tertium, & infimum cælum sublunare est illud spatium, quod a cælo Lunæ usque ad Globum terraqueum extenditur, idque continet auram aliquantò crassiorem, & alijs etiam elementis permixtam, ut animalium respirationi deserviat. Cuduntur hinc fulmina, & fulgura, irides, grandines, tempestates, aliæque mille alterationes aëris succedunt: cum primis verò ignes fatui in varias figuras transformati in hoc cæli spatio frequentes comparent, & quandoque, sed rariùs, etiam Cometae è terra procreati.

Porro præcipua, quæ hac Propositione veniunt consideranda, sunt ipsi cælorum, sive medij illius mundi spatij inquilini, ac domestici septem planetæ, eo ordine à natura per illud dispositi, quem Propositione I. indicavimus, & Folio C. C. exhibuimus. Horum igitur planetarum naturam, officiumque dum exponimus, advertere juvat, quòd **supremus**

premus huiusmodi
 us ea fere ratione
 lunarem gubern
 ges & Magni
 Regna & Princi
 supremam insp
 tant, reliqua a
 os ministrorum
 dem per superi
 per inferioris.
 ris ordinis sun
 Apostoli ad He
 quentis; Na
 ministrorum spiri
 Dei ministri &
 celi; utrumq
 Regius Vates P
 facti Angelos in
 stros tuis, igne
 haber Apostolus
 In hunc sensum
 Propheta Baro
 tem dederunt
 sunt, & latata
 & dixerunt:
 igitur sunt spiri
 tistoteles Intelli
 prædident creatur
 & fideis, atque
 bellis planetarijs
 vent, ac dirigunt
 molumentum ut
 ita ipsi verò sepre
 que ut causæ co
 que inferioris mini
 gunt, & per suos i
 lunaria alterant,
 conservant.
 Virtus autem
 quibus hoc factum e
 & laureni Numin
 anulum occupant
 necanymisti, pra
 uor qualitates peim

premus hujus universi Monarcha Deus eâ ferè ratione mundum hunc sublunarem gubernet, qua solent Reges & Magni Principes terræ sua Regna & Principatus. Hi etenim supremam inspectionem sibi reservant, reliqua autem negotia per suos ministros transigunt, majora quidem per superioris ordinis, minora per inferioris. Dei ministri superioris ordinis sunt Angeli, juxta illud Apostoli ad Hebræos cap. 1. ita loquentis: *Nonne omnes sunt administratores spiritus?* Minoris ordinis Dei ministri & executores sunt stellæ cæli; utrumque contestari videtur Regius Vates Pf 103. his verbis: *Qui facis Angelos tuos, spiritus, & ministros tuos, ignem urentem*: vel ut habet Apostolus: flammam ignis. In hunc sensum etiam loqui videtur Propheta Baruch cap. 3. *Stella autem dederunt lumen in custodiis suis, & letata sunt: vocata sunt, & dixerunt: adsumus.* Angeli igitur sunt spiritus cælestes, quos Aristoteles Intelligentias vocat, quæ præsident creaturis omnibus terrenis & sidereis, atque cum primis septem stellis planetarijs assistunt, easq; movent, ac dirigunt in commodum & emolumentum totius mundi sublunaris. Ipsi verò septem planetæ conjunctim atque ut causæ ordinariæ, ordinisque inferioris ministri, movent, regunt, & per suos influxus hæc sublunaria alterant, instaurant, atque conservant.

Virtus autem, & instrumenta, quibus hoc suum officium præstant, & supremi Numinis voluntatem ad amussim exequantur hi septem planetarj ministri, præcipuè sunt quatuor qualitates primæ; at de qualita-

tibus secundis (de quibus multa quidem ludicra, & superstitionosa commentum sunt Astrologi judicarij antiqui & moderni) nulla prorsus est certitudo, aut legitima experientia, quantumvis istæ ex illis consequantur. Has igitur primas qualitates, nempe calorem & frigus, siccitatem & humiditatem ex sui corporibus veluti quædam profluvia in omnem partem emittunt hæc corpora cælestia, eaque ut plurimum unâ cum lumine tanquam vehiculo corporibus sublunarijs subtili quadam influentiâ communicant, Sol quidem & Luna magis notabili, reliqui autem planetæ minus sensibili, ac subtiliore; cum horum influentiâ Solis virtus tantummodo variè attemperetur; idcirco Solis & Lunæ influxum oportebat esse magis sensibilem & efficacem, cum, inde rerum sublunarium subsistentia, & conservatio præcipuè dependeat. Neque peregrinum id cuiquam videri debet, ejusmodi nimirum influxum, & profluvia primarum qualitatum procedere à corporibus cælestibus, cum id ipsum fiat à corporibus etiam terrenis. Nunquid enim lilia, rosæ, ac violæ, aliique flores odoriferi odorem spargunt, eodemque conclave implent etiam satis amplum? Putidum cadaver in via publica expositum ad ternas, & quaternas horas in circuitum fetorem spargit; è contrario Insulæ Moluccæ aromatum suorum fragrantiam ad triduanum ferè spatium in Mare diffundunt; unde nautæ itineris ac stationis suæ rationem desumunt. Quòd si autem corpora hæc minima (præsertim si in comparationem veniant cum illis molis vastissimæ corporibus planetarijs) ad complurium dierum

X

spa-

spatium suæ activitatis spheram extendere possunt, uti eam extendere experientiâ suffragante comprobantur, nulli porrò mirum videri debet, si ipsum etiam Globum terraqueum intra spheram activitatis corporum planetariorum statuamus, assertum hoc non modò ratione, communique omnium ferè Astrologorum æquè ac Philosophorum sensu comprobante, sed & accedente manifesto experientiæ suffragio, qua longè solidiùs, efficaciusque pugnatur adversùs nonnullorum pertinaciam, qui nihil ferè admittunt, nisi quod sensibus percipiunt.

Nunc ulterior hìc quaestio est, quomodo igitur in sublunariis planetarum virtus agat, & quid efficiat? sciendum imprimis est, naturam in ipso mundi exordio rerum omnium semina mundo concreâsse, atque his seminibus potentiam quandam formatricem, sive plasticam indidisse, quam in mundi exordio teste sacrâ Scripturâ Gen. I. omnipotentiâ suâ animavit ipsemet rerum omnium conditor Deus, producendo ex terra animalia, plantas, & herbas, ex aqua verò volucres, pisces, reptilia &c.; cæteras verò creaturas, sive corpora ut plurimum inanimata reliquit in suo semine, postliminio excitanda, & perficienda ab astris, quibus etiam producta jam & excitata fovenda, & alteranda permittit ope primarum quatuor qualitatum, videlicet caloris, frigoris, siccitatis, & humiditatis. Triplex enim classis est corporum sublunarium: prima viventium perfectorum (cujusmodi sunt homo, quadrupedes, & volucres; teste namque Aristotele Sòl & homo generant hominem) quæ olim jam

producta nunc propagantur per proprium semen, quod ipsa ponunt, & simul cum astris fovent, atque ad perfectionem disponunt. Altera classis est viventium imperfectorum (cujusmodi sunt pisces, vermes, conchilia, ranæ &c.; plantæ nobiliores) quæ nunc propagantur & ipsa per proprium semen, quod ipsa quidem ponunt, sed hoc à solis astris fovetur, & ad suam perfectionem disponitur. In tertia classe sunt inanimata, & quædam etiam animata valde imperfecta (cujusmodi sunt mineralia, plantæ ignobiliiores, & quædam insecta) quæ semen ipsa non ponunt, sed illud alijs corporib⁹ mixtis à natura ingentū à solis astris fovetur, excitatur, & ad suâ perfectionē disponitur.

Agunt igitur planetæ in hæc corpora sublunaria variando idem temperiem primarum qualitatum, eas nimirum augendo, vel minuendo, ex qua variatione perpetuò oriuntur, & inducuntur aliæ atque aliæ qualitates secundæ, v. gr. mollities ac durities, lentor & friabilitas, raritas & densitas, lenitas & asperitas, gravitas & levitas, crassitudo & tenuitas; diversitas item odorum, colorum, ac saporum, ex quibus postea corporum sublunarium alterationes, immo & generationes novæ consequuntur.

Porrò licet omnia corpora sublunaria habeant à natura certum aliquod temperamentum, & congruam primarum qualitatum mixturam, ea tamen non consistit in indivisibili & certo quodam numero ac mensura, sed patitur latitudinem aliquam, in corporibus quidem viventibus minorem, majorem in non viventibus. Idcirco in omnibus corporibus, ipsisque

que elementis po-
tates primarum
ti, aque inveni-
elementorum,
tu. In aer cæ-
dis, hyeme fit
æter quin frig-
gnem efferefc-
scit. Meta lun-
ac durum in f-
fluidum & igne
vivenia univ-
possunt notab-
tatum ex efflu-
magis principa-
Præterea e-
ne is producta
diverli modè a-
calor uni prod-
quin immo idem
sus proficit, &
quod officiat,
que enim nat-
porum inveni-
rerum subluna-
non potest, ut e-
ciat omnibus, i-
nius necessario f-
Atque hæc tande-
rarum & mor-
conditio, ut per-
nat, sed aliquant-
Quæret forte
in planetæ corpo-
tum disponant ad
deoque præter pri-
positivas, & quæ
etiam secundas,
cant: an verò sit
cunt ipsas rerum
humis: Ex gr. qu-
dictione rararum
gnorum tempo-

que elementis possunt eadem qualitates primæ identidem variari, remitti, atque intendi absque eorundem elementorum, & corporum interitu. Ita aër cæteroquin naturâ calidus, hyeme fit frigidissimus; aqua cæteroquin frigida & humida, ad ignem effervesceat, & ad frigus indurefcit. Metallum naturâ suâ frigidum ac durum in fornace ad ignem fit fluidum & igneum. Animalia verò & viventia universim minùs tolerare possunt notabilem primarum qualitatum excessum, saltem in partibus magis principalibus.

Præterea qualitates primæ à plane is productæ corpora sublunaria diversimodè afficiunt. Idem enim calor uni prodest, & obest alteri: quin immo idem calor eidem remissus proficit, & intensus officit; sed quòd officiat, fit per accidens: neque enim natura per se intendit corporum interitum, sed, quia in tanta rerum sublunarium diversitate fieri non potest, ut eadem qualitas proficiat omnibus, inde ipsa generatio unius necessariò fit corruptio alterius. Atque hæc tandem est ipsa rerum fluxarum & mortalium natura atque conditio, ut perennitatem non ferant, sed aliquando deficient.

Quæret fortassis hîc nonnemo, an planetæ corpora sublunaria tantùm disponant ad generationes, adeòque præter primas qualitates dispositivas, & quæ ex iisdem oriuntur, etiam secundas, nihil aliud producant? an verò simul etiam producant ipsas rerum sublunarium substantias? Ex. gr. quæritur: an in productione ranarum, quæ subinde magno numero tempore æstatis post plu-

vias repentè ex lutò nascuntur, Sol tantùm producat primas qualitates dispositivas, videlicet, debitum calorem & siccitatem &c; an verò etiam ipsam substantiam, & formam ranæ? Item: an Sol per radios in speculo ustorio reflexos aut refractos ponat tantùm dispositiones, v. gr. calorem, siccitatem &c, ad formam substantialem ignis, qui ex ligno producit, an verò producat ipsam etiam substantiam ignis? Respondeo, hoc decernere Philosophorum esse, quorum aliqui cum S. Thoma virtutem producendi substantiam universim tribuunt accidentibus, ut adeò formæ substantialis ranæ & ignis per reflexionem accensi causa instrumentalis sint accidentia, sive qualitates dispositivæ, calor nempe siccitas &c. lux &c; causa verò principalis fit ipse Sol. Alij contrà hanc virtutem negant accidentibus, eamque in absentia substantiæ, sive causæ particularis tribuunt causæ universali, ipsique Deo.

Dictum est hætenus, quid in sublunariis efficiant planetæ, nunc etiam de modo agendi eorundem restat dicendum. Dico igitur primò, planetas agere in hæc sublunaria lumine directo, reflexo, & refracto, & Solem quidem lumine proprio, reliquos autem sex planetas lumine alieno, à Sole nimirum mutuato. Rem explico clariùs. Sol copiosum lumen à suo corpore profundit in totam sphæram, quæ probabiliter extra cælum planetarum haud multum extenditur, eodémque lumine planetas reliquos, ipsùmque Globum terraqueum illustrat: stellæ autem fixæ (saltem aliquæ, uti superiùs diximus)

proprio gaudent lumine, quod in primordio creationis suæ ab authore luminis acceperunt.

Pro captu eorum, qui scientiâ Astronomicâ non admodum sunt instructi, rem adhuc clariùs expono, & ad hoc Figuram I. Folij G. assumo, in qua sit A. centrum terræ, & universi. Sol consistat in B. cum duobus comitibus, Mercurio quidem in C., D., H., K., & Venere in F., L., M., & N.; Luna verò sit in E., G.; & O. Stellæ fixas, cæterosque planetas in hoc schemate omisimus, pro quibus tamen videri potest Fig. III. Folij CC. Cùm igitur planetæ omnes (ut jam in præcedentibus explicavimus) re ipsa sint Globi solidi ex materia elementari coagmentati, à Sole, qui est fons & origo luminis ætherei, continuò illuminantur secundùm dimidiam sui partem, quantum vis nō semper nobis appareant secundùm dimidiam sui partem illuminari. Sol enim constitutus in B. Venerem in quocunque orbitæ suæ loco existentem illuminat secundùm dimidiam partem c. a. e. sibi oppositam, & tamen oculo in puncto A. posito non apparet nisi pars Veneris a. e. in N. aut L. constitutæ, quia sola hæc portio oculo est objecta. Eodem modo Luna in G. posita illuminatur secundùm dimidiam sui partem r. o. p. à Sole in T. posito, & tamen ab oculo in A. constituto non videtur nisi modica illius portio, sive segmentum r. o.; quia Luna, ut dictum, est Globus, sive sphaera, unde quælibet illius pars illuminata refert aliquod segmentum sphaericum.

Simili ratione cæteri quoque planetæ illuminantur quidem semper secundùm dimidiam sui partem à Sole, ut apparet Figuram I. Folij G.

vel Folij C. C. inspicienti; attamen non semper videntur secundùm dimidiam sui partem, quia non semper secundùm eandem partem Soli simul, & oculo obiiciuntur. Quòd si verò eadem pars sideris Soli simul obvertitur & oculo in terra constituto, tunc dimidia pars sideris illuminata videbitur, quod Lunæ accidit in E. constitutæ, & oculo in A., Sole autem in S. posito, hoc est, in ipso Plenilunio, ubi dimidium Lunæ c. a. e. illuminatum conspicitur. At Lunâ in O. positâ, eadem quidem pars Soli S. obiicitur, & illuminatur, neque tamen tunc ab oculo A. videtur, quia nimirum Luna partem obscuram c. d. e. terræ obvertit, parte lucidâ c. a. e. ab oculo aversâ. Hæc autem illuminationis, & visionis differentia cæteris paribus tantò magis fit sensibilis, quantò major est angulus, quem utraque linea visionis, & illuminationis in sideris centro efficiunt; & quandoquidem hic angulus tantò minor est, quantò magis à vidente, & illuminante stellæ recedunt, uti ad oculum ostendit Figura I. Folij C. C.: idcirco minor apparet hæc visionis, & illuminationis differentia in planetis magis à Sole & terra remotis.

Dico nunc secundò. Sol agit radijs directis & obliquis, reflexis atque refractis non tantùm in partes sublunares, sed etiam superlunares, adeoque in totam sphaeram ætheream. Ratio huius est; quia experimentiâ teste certum est, planetas majores, uti & Lunam, in oppositione cum Sole, hoc est, cùm maximè distant à Sole, omnium esse lucidissimos, & maximè à Sole illuminatos conspici. Neque dicas, Saturnum in oppositione apparere lucidiorem, non

non quia velocius
sed quia tunc in
dicitur, & quidem
solares radios e
Lunæ Soli oppo
deur enim, Sa
ne cum Sole no
ditum majori
longe vivaciori
(ut dictum est)
Saturni tunc a
directa, & ho
vehementior,
est valde obliqu
apparentis a
Nunc esse
magis elucido
dem Folij G.
per quos Sol agit
in obstaculum su
lum, sive ad an
modi est radi
sunt, quicunq
in obstaculum
recedunt, cuius
A. e., A. h., A. l.
recti longe viva
obliquis, quia
virtutem imprim
autem obliqui ill
seu radant, et t
globus tormento
ad perpendicular
at, fortius illum
luis deicit, quam
dem proniciatur,
perstringat. Porro
ipsa Figura sunt c
immo quotquot
in corpora celesti
tenuequam illa p
Redunt. Sunt ist
sibiles is, qui M
universum sub Zon

non quia vehementius illuminatur, sed quia tunc integra ejusdem medietas, & quidem nobis obversa, solares radios excipit, quod ipsum Lunæ Soli oppositæ accidit. Respondetur enim, Saturnum in oppositione cum Sole non tantum videri præditum majori lumine, sed etiam longè vivaciori, quod ideo fit, quia (ut dictum est) lux Solis ex corpore Saturni tunc ad nos reflectitur magis directa, & hoc ipso vivacior atque vehementior, quàm tunc, quando est valde obliqua, uti in aliis Saturni apparentijs accidit.

Nunc assertionem suprâ datam magis elucido per Figuram III. ejusdem Folij G. Igitur radij directi, per quos Sol agit, sunt, qui incidunt in obstaculum suum ad perpendicularum, sive ad angulos rectos; cujusmodi est radius A. g.: radij obliqui sunt, quicunque obliquè incidunt in obstaculum, & à perpendicularo recedunt; cujusmodi sunt radij A. c., A. e., A. h., A. l. Sunt autem radij directi longè vivaciores, & fortiores obliquis, quia priores totam suam virtutem imprimunt obstaculo: radij autem obliqui illud tantum stringunt, seu radunt, eâ ferè ratione, qua globus tormento bellico excussus, si ad perpendicularum in murum incidat, fortiùs illum impellit, & faciliùs deiicit, quàm si obliquè in eundem proiciatur, & obiter tantum perstringat. Porro radij reflexi in hac ipsa Figura sunt c. q., e. p., h. o., l. n., immo quotquot à Sole emissi, & vel in corpora cælestia, vel in Globum terraqueum illapsi inde iterum reflectuntur. Sunt isti potissimum sensibiles iis, qui Mare navigant, & universim sub Zona torrida; quia

quemadmodum ibi radij valde directi incidunt, ita etiam inde iterum ferè directè reflexi calorem priùs intentum per directos radios ipsi duplicant. Experiuntur quoque radios reflexos, qui habitant in vallibus; radij namque ad montes impacti, & inde repercussi mirum in modum calorem multiplicant, & adaugent. Eapropter in Norwegia regione cæte, roquin frigidissima ob radios solares è montibus altissimis reflexos trium mensium spatio seminatur, ac metitur.

Radij refracti sunt omnes illi, qui obliquè incidunt in atmosphærâ terrestrem, hoc est, in triplicem regionem aëris; in hac enim, utpote exhalationibus & vaporibus refertâ, atque densiore, quàm sit reliqua pars ætheris sub-ac superlunaris, inclinantur, ac refringuntur ad perpendicularum solares radij identidem, aliter atque aliter, quia identidem variatur atmosphæra, & nunc densior, nunc rarior efficitur. In Fig. præsentis ejusmodi radij refracti sunt c. d., e. f., h. k., l. m.; sic enim radij omnes in punctis c., e., h. & l. ex medio rariore obliquè incidunt in atmosphæram densiorem, & in ea ad perpendicularum in iisdem punctis c., e., h., l. refringuntur, sive inclinantur. Nec minùs utilis, immo necessaria est radiorum cælestium refractione, quàm reflexio; quò enim non possunt venire radij directi, aut reflexi, eò penetrant refracti, qui calore suo, aliisque qualitatibus imbuti implent habitationes, cavernas, & loca subterranea, atque ibidem mineralia & metalla fovent, perficiunt, atque ad suam maturitatem perducunt. Refractione præterea

oto anno manè anticipatur dies, & prolongatur vespere; partibus quoque ad utrumque Polum remotioribus Solem remoratur diutiùs in autumno, & verno tempore citiùs reducit.

Ex his quoque colliges, neminem planè ab influxu siderum penitus esse liberum, quocumque tandem loco existat, sive sub dio, sive sub tecto, sive in agro, sive in cubiculo versetur; ubi enim sidera non possunt vibrare radios directos, obliquos, aut reflexos, agunt denique per refractos, nec tantùm de die, quando negotiaris, sed etiam de nocte, quando dormis; neque tunc solùm, quando cælum serenum, sed etiam quando nubibus obductum; nec tantùm, quando sidera supra Horizontem existunt, sed etiam quando infra eundem delitescunt; immo quando Sol à Luna, & hæc eclipsatur à terra, nihilominus Sol & Luna agunt in hæc sublunaria per radios refractos, multò tamen moderatiùs, quàm per radios directos, aut reflexos. Unde fit, ut illi, qui ad Lunæ, præsertim plenæ, radios directos dormiunt, aut aperto capite consistunt, vel certè diutiùs incedunt, sentiant sibi caput inflari, atque humoribus vehementer impleri, adeò quidem, ut non rarò vix sanæ mentis appareant, quod tamen iis non contingit, qui cooperato capite, aut intra tectum vel clauso cubiculo ad Lunæ fulgores commorantur, & agunt, hoc ipso, quia radij lunares refracti tantam violentiam non inferunt, quantum vis penitus evitari à nemine possint.

Dico tertio. Lumen Solis, aliorumque planetarum est quoddam instrumentum, sive vehiculum, per

quod planetæ cæteras primas qualitates in hæc sublunaria deferunt. Ratio huius assertionis est; quia planetæ videntur tunc quàm maximè agere, & suos influxus in hæc sublunaria exercere, quando vel maximè præditi sunt lumine, & per lumen applicati. Neque calorem tantùm notantur planetæ, sed alias etiam qualitates diffundere. Luna namque, quando lumine est plenissima, hoc est, in ipso Plenilunio constituta (quantumvis ipsa naturâ suâ sit frigida & humida) per suos radios luminosos non tantùm calorem communicat, sed etiam humidum affundit. Unde Plinio teste, & suffragante experienciâ Lunâ crescente crescunt omnium viventium humores, & augentur corpora, cum primis cancorum, & conchilium, & quæ in aquis vivunt, atque humoribus abundant.

Dices: si planetæ per lumen ad nos usque deferunt alias etiam qualitates, cur id ipsum non conceditur etiam stellis fixis, cum hæc non minus lumen suum ad nos usque transmittant, quàm planetæ? adde, quòd vivacius sit lumen Sirij & multarum aliarum fixarum, quàm sit Martis à terra remotioris, & Mercurij. R. Si concedenda est virtus aliqua stellis fixis, tunc habebit illa suam spheram sive terminum activitatis intra cælum planetarium. Ex eo verò, quòd aliquæ stellæ fixæ vivaciorem lucem ad nos usque transmittant, quàm unus aut alter planeta, non sequitur, quòd hoc ipso alias etiam qualitates per lumē ad nos deferant: quia ignis magnus in terra accensus videtur ad multa milliaria, non itidem ejusdē calor ad simile spatiū sentitur; lux

lux enim est
lucem per
calor. Ute
illa in sp
pogari possit,
die primæ qual
Dico quart
tantum agunt
um, sed etiam
solâ Lunâ excep
quidem sex reli
rò in nullum
maximam à pl
tis distantiam
parvitate pro
ra minimè prop
terior primæ p
quia planetæ ex
spheram, hoc e
tem (uti manifest
qui omnes plane
sunt supra, & q
tes) ex altera
netarum exten
quæ est terminu
etiam extendit
media celestia,
netæ; idque di
bus, nempe Sa
& Sole videtur
duobus autem int
rimum & Mer
videri potest; qu
nus planetarum
remotissimus suat
ram in terram usq
re, uti eum posse
non videtur esse
Mercurij, Vener
tia ad ipsum etia
sequitur & reliqu
ores, extendi possit
quòd corpus Sauri
cedat magnitudin

lux enim contrariam non habet qualitatem positivam; at verò eam habet calor. Unde mirum non est, quòd illa in spatium propè immensum propagari possit, non item calor, aut alia primæ qualitates.

Dico quartò. Planetæ omnes non tantùm agunt in Globum terraqueum, sed etiam agunt in se mutuò, solâ Lunâ exceptâ, in quam agunt quidem sex reliqui planetæ, ipsa verò in nullum eorundem: tum ob maximam à plerisque reliquis planetis distantiam, tum ob corporis sui parvitatem pro tanta activitatis sphaera minimè proportionati. Ratio ulterior primæ partis huius asserti est; quia planetæ ex una parte agunt in sphaeram, hoc est, in omnem partem (utì manifestè constat ex Sole, qui omnes planetas illustrat, & qui sunt supra, & qui sunt infra se existentes) ex altera verò parte sphaera planetarum extenditur usque ad terram, quæ est terminus remotissimus; ergo etiam extenditur in corpora intermedia cælestia, cujusmodi sunt planetæ; idque de quatuor superioribus, nempe Saturno, Jove, Marte & Sole videtur indubitatum; de duobus autem inferioribus, Venere nimirum & Mercurio, idem ex eo suaderi potest; quia nempe, si Saturnus planetarum omnium à terra remotissimus suam activitatis sphaeram in terram usque potest extendere, utì eum posse superiùs statuimus, non videtur esse ratio, cur non & Mercurij, Venerisque sphaera activitatis ad ipsum etiam Saturnum, consequenter & reliquos planetas viciniore, extendi possit. Neque officit, quòd corpus Saturni plurimum excedat magnitudine Venerem &

Mercurium: quia defectus hic ex eo abundè compensatur, quòd etiam distantia Veneris & Mercurij à Saturno aliquot millibus semidiametrorum terrestrium minor sit, quàm distantia Saturni à terra. Quemadmodum igitur Globus major Saturni ad distantiam maximam suæ activitatis sphaeram extendit, ita quoque corpora Veneris & Mercurij minora in distantia longè minore suam virtutem poterunt exerere.

Dico quintò. Planetarum in se mutuò agentium effectus superlunares, & nobis sensibiles præcipui sunt solares Maculæ, & Faculæ, item Trabes, & Cometæ. Suadetur primò; quia effectus ejusmodi à potiori sunt superlunares, cum nulla ferè hactenus sit observata, aut demonstrata eorundem parallaxis, quod de Maculis, Faculisque solaribus omnino indubitatum est. Secundò non potest alia illorum effectuum assignari causa conveniens, quàm ipsimet planetæ alterationibus obnoxij. Tertio quia huic asserto non parum videtur ipsamet experientia nostro adhuc quoque ævo patrocinari, ut ex sequentibus liquet.

Anno 1664. sub finem Decemb; cum planetæ ferè omnes eo mense consisterent in Capricorno, visus est famosus ille & tot observationibus celebratus Cometa. Præcesserunt autem circa mensis Novembr. finem conjunctiones notabiles duæ, una Saturni & Martis, altera Saturni & Veneris. Item mense Decembr. secutæ sunt conjunctiones Martis & Veneris, Jovis & Veneris; & postmodum Solis & Saturni, Mercurij & Saturni, Jovis & Martis, Solis & Mercurij: quæ ultimæ quatuor etiam
post

post

post Cometam acciderint, ostendunt tamen, planetas tunc fuisse vicinissimos.

Anno sequente 1665. observatus est mense Aprili alter Cometa in Pegaso, præcedente aliquantò minor quidem, attamen illustrior, cum (post dictas quatuor conjunctiones anno priore celebratas, & infecutas mense Januario tres alias, videlicet Jovis cum Mercurio, Martis, cum Mercurio, & Jovis cum Sole, consistentibus in eodem Signo Capricorni quinque planetis) priùs mense Martio Sol & Mars arctissimè fuissent conjuncti.

Anno 1668. D. 13. Martij apparuit in Eridano Trabs admodum illustris, quam mense Januario præcessit conjunctio Saturni & Veneris, Saturni & Solis. Item eodem mense Martio conjunctio Veneris ac Solis.

Anno 1672. Mense Febuario visus est Cometa mediocris, quem mense Augusto anni prioris quinque planetarum in Signo Leonis concurrentium vicinitas præcessit; conjunctus etiam tunc fuit Sol cum Marte, Mercurius cum Marte, Sol cum Jove, Jupiter cum Mercurio, Sol cum Mercurio, Jupiter cum Marte. Accessit huic etiam alius quinque planetarum concursus sub finem Novembris eiusdem anni in Scorpio, licet sine alia, quàm Lunari, conjunctione.

Anno 1677. repertus est D. 1. Maij ad Caput Medusæ Cometa jam deficiens, cum mense Martio præcessissent conjunctiones Jovis cum Venere, Veneris cum Mercurio, & Solis cum Saturno.

Anno 1680. D. 4. Novemb.

visus est mediæ magnitudinis Cometa in Virgine, postquam mense Junio omnes ferè planetæ in Signo Geminorum vicini convenissent; quo mense celebratæ sunt copulæ Martis & Veneris, Jovis ac Mercurij, Jovis & Veneris, Jovis & Martis: & mense Julio conjunctio Solis & Saturni, Mercurij & Saturni, Solis & Mercurij, Veneris & Saturni. At nõ unus tantum Cometa ad tam multiplices congressus planetarum prodii, sed sub finem mensis Decembr. die nempe 24. subsecutus est alter terribilis ille, & toti mundo hodièque celebratus Cometes, qui in prima sua apparentia caudam longissimam in tres lucidas Aquilæ stellas vibravit, & tres ferè menses in cælo conspicuus lugubrè effulsit.

Anno 1682. Hevelio observatus Cometa D. 25. Augusti in gr. 23. ̄. cum priùs mense Junio quinque planetæ in Signo Geminorum vicini constitissent, & à 28. Junij usque ad 25. Augusti sequentes conjunctiones præcessissent, eodem quidem die Veneris & Mercurij, Jovis & Mercurij, Jovis & Veneris; inde mense Julio Saturnus congressus est cum Mercurio, Venus cum Saturno, Jupiter cum Sole; item sub initium Augusti Solis cum Saturno, & Mercurij cum Sole copula fuit celebrata.

Anno 1683. D. 30. Julij ab Hevelio detectus est Cometa haud ita magnus, & jam deficiens, quem iterata illa duabus vicibus magna Jovis & Saturni congressio, prima quidem juxta Argoli Ephemerides D. 29. Januarij, & altera D. 26. Maij, ad unum usque minutum primum in Longitudine; unde ab initio huius anni usque ad 30. Julij ultra duos vel tres

tres gradus hi de
cem digni
Signo Leonis
Pocautul
hujus argumenti
ille Cometa ob
circa initium
postea German
partitionem pr
planetarum mense
Tauri consistet
reliqua estare
bus suis ce
Unde conjunc
netarum eo te
excluso semper
curij, Solis &
& Mercurij, Sa
& Veneris, Saturni
& Solis, & paulo p
Ex hac tenus
primo, corpore
planetarum septem
in hac tabula
agere ipsa ele
ritio; ubi enim e
dem quoque est
tus. Quemad
elementaris subli
& in instanti ar
vertit in ignem,
sive, videlicet pri
um, & per qu
disponendo sub
etiam super Horiz
ritè applicat nos
producent effec
tibus, immo & i
agunt successive,
no contrarium, &
partes disponen
bo, quemadmod
in puncto, cui me
sed tantum, & per

tres gradus hi duo planetæ ab invicem digressi non sunt, sed simul in Signo Leonis vicini constiterunt.

Pro clausula, & confirmatione hujus argumenti denique sit famosus ille Cometa observatus anno 1618. circa initium Decembris, totique postea Germaniæ fatalis, cujus apparitionem præcesserunt quinque planetæ mense Majo in eodem Signo Tauri consistentes, qui postea totâ reliquâ æstate in Signis consequentibus satis conjuncti perstiterunt. Unde conjunctiones eorundem planetarum eo tempore successerunt, excluso semper Jove, Martis & Mercurij, Solis & Mercurij, Veneris & Mercurij, Saturni & Mercurij, Solis & Veneris, Saturni & Veneris, Saturni & Solis, & paulo post Saturni & Martis.

Ex hæcenus dictis colliges nunc primò, corpora cælestia, nempe planetas septem eo ferè modo agere in hæc sublunaria, quo modo solent agere ipsa elementa, nec immeritò; ubi enim eadem est natura, eadem quoque est agendi ratio & modus. Quemadmodum igitur ignis elementaris sublunaris non continuò, & in instanti arboris truncum convertit in ignem, sed hoc agit successivè, videlicet priùs expellèdo contrarium, & per qualitates sibi innatas disponendo subjectum: ita planetæ etiam super Horizontem exorti, & ritè applicati non tamen continuò producunt effectum in his sublunariis, immo & in seipsis, sed hoc agunt successivè, & priùs expugnando contrarium, & per qualitates sibi proprias disponendo subjectum; verbo, quemadmodum ad Solem non in puncto, aut momento temporis, sed sensim, & per notabile tempus

excrescunt arbores; maturescunt fructus, & mille alij modò citiùs, modò tardiùs in sublunariis perficiuntur effectus, ita etiam in superlunariis non ad quemlibet planetarum concursum illico nascitur Cometa, sed quandoq; tardiùs, citiùs quandoq; prout fortiora, aut plura sunt agentia, & passum magis, nimùsve dispositum.

Colliges secundò; quemadmodum in sublunariis ad producendum quemcunque effectum requiritur applicatio debita agentis ad passum, ita etiam in superlunariis, in quibus applicatio nihil est aliud, quàm duorum, aut plurium planetarum conjunctio, quæ tantò aptior evadit, quantò arctiùs eisdem planetas secundum Longitudinem & Latitudinem conjungit. Ratio huius constat ex dictis; quia sidera per radios directos agunt omnium maximè, tunc autem agunt per radios directos maximè, quando sunt per Longitudinem & Latitudinem arctiùs conjuncti. In sublunariis autem planetæ in dato loco ad agendum hoc magis sunt applicati, quò magis ad ejusdem loci verticem accedunt.

Colliges tertio, planetas esse quasdam faces cælestes, quas Sol totus igneus non tantùm illustrat, sed etiam suo calore quodammodo inflammat. Lux etenim, quam cæteris planetis Sol impertit, & per eorum corpora ad sublunaria nostra reflectit, præter alias qualitates cuiusvis planetæ proprias etiam caloris aliquid superaddit, plus quidem aut minus, prout planeta Soli, terræque vicinior existit, & idcirco radius solaris reflexus brevior, ac efficacior evadit. Inde Luna per vices omnium maximè à Solis calore participat, post Lunam Venus,

Y

nus & Mercurius: deinde Mars, Jupiter, & Saturnus, & hic quidem ex duplici causa frigidissimus, quia ex natura sua friget, & præterea à Sole & terra est remotissimus: è contrario Mars & Jupiter ex duplici capite cæteris calidiores sunt, quia ex natura valent, & calorem à Sole accipiunt, Jupiter tamen moderatiùs, at Mars ferè cum excessu calefacit. Neque hoc cuiquam peregrinum videatur; quia nemo Physicus aut Medicus, immo & agricola pinguissimus tam rudis est, qui nesciat Lunam crescentelumine, & tum quidem maximè, quando post primam Quadraturam ad Plenilunium accedit, plus habere lucis, & unà cum luce caloris, quàm ubi post ultimam Quartam lumen sensim deperdit. Hæc autem lucis, & unà caloris imminutio in Luna uti ad sensum patet agricolis, ita in reliquis etiam planetis hodie per astroscopia observatur astronomis.

Ex dictis hætenus ita ratiocinari licet. Sicut una facula, aut modica flamma cacabo, aut tigillo subjecta nullum facillè eliquat metallum; at ubi multiplicabis faces, & flammæ augebis, tum denique quodvis metallum etiam durissimum in liquorem diffuset. Rursus; si Globum æreum aquâ rosaceâ aut quovis alio odorato liquore utcunque repletum, fortiterque clausum igni modico impones, nil admodum efficies; at ubi flammam augebis & ignem vehementem accendes, tandem calor, immo liquor rarefactus metallum in mille partes diffringet, & odorem suavissimum longè latèq; cum fumo diffundet. Pari ferè ratione discurrendum de planetarum activitate,

quorum corpora ex liquido & solido compacta, & non minùs, quàm Globus terraqueus multis in locis excavata cavernas, & voragines habent, & latentia intus mineralia sive nostris similia, sive specie à nostris diversa. Ejusmodi Globo cælesti si alius incumbat planeta, & suis radiis etiam directis obiter tantùm, & modico tempore illum perstringat, nihil admodum efficiet; at ubi accedent alij adhuc planetæ, & radios superaddent radiis, calorem augebunt, & flammam majorem accendent, ac tandem materia intus coarctata cavernam alicubi perfringet, & rarefactam calore exhalationem cum impetu effundet, quæ postea à Sole in globum collecta tamdiu circumfertur in æthere cum appendice quidem tantò majore, quantò amplius materiæ suppetet, donec ipso motu & calore Solis sensim consumpta vel profuse evanescet, vel certè in plures partes distracta & vicinior Soli effecta Maculas & Faculas umbratiles in solari disco depingat.

Colliges quartò, modo haud absimili etiam contingere terræ motus; cum enim Globus terraqueus quamplurimos habeat meatus subterraneos; ubi reperitur sulphur, salnitrum, aliàque mineralia, quæ subinde ab igne subterraneo, sapius autem à planetis calidioribus rarefacta in exhalationes transeunt, cumque illæ intra angustias contractæ contineri diutiùs non possint, ingenti violentia viam sibi & exitum quærunt, quem nullibi meliùs, quàm ad Maris litora per furtivos canales, vel intra montium perforatorum cavernas reperiunt, per quas proinde magno impetu, & quandoque veluti exploso

ploto tormento
pentes, conuac
stellis simi ac
Et si quidem ejus
citant ex ma
re, non impro
in cumulum co
num euectis sub
exhibere, velet
tes, aliosque ign
monaxtherea re
Quod veter
imaginationes
fundatæ, im
tur; quia terræ
accidunt in zon
temperata, ubi
quidem in locis
Maris positæ, ve
& ibi possimur
sunt salis & meta
ni montes igni
Deinde eo temp
quo unus aut ali
(cuiusmodi sunt
Sole dominium e
omnium testis e
entia.
Anno 1590
Viennam concuss
norus, cum Marti
Libri existeret.
Anno 1627.
pro Neapoli sept
Marte in Tauro ex
Anno 1828. i
vbes I. J. stravit b
vin Signo E. pos
Anno 1659.
transiit, cum
Jupiter in Virgini
Anno 1660. I
Gallia Burgundiam,
in Pessulanum c

ploto tormento cum strepitu erumpentes, terras unâ cum urbibus & castellis furtim ac deorsum vertunt. Et si quidem ejusmodi exhalationes constant ex materia paulo tenaciore, non improbable est, eas à Sole in cumulum coactas, & sensim in altum evectas subinde Cometæ figuram exhibere, vel etiam Dracones volantes, aliósque ignes fatuos, & phænomena ætherea repræsentare.

Quod verò hæc non sint meræ imaginationes, & assertiones malè fundatæ, imprimis exinde ostenditur; quia terræ motus ut plurimum accidunt in zona torrida, vel saltem temperata, ubi major est æstus, & quidem in locis maritimis, & ad litora Maris positis, vel certè intra montes, & ibi potissimum, ubi frequentes sunt falis & metalli fodinæ, aut vicini montes ignivomi, dicti Vulcani. Deinde eo semper accidunt tempore, quo unus aut alter ex planetis calidis (cuiusmodi sunt Mars & Jupiter) cum Sole dominium obtinet. Sed horum omnium testis est multiplex experientia.

Anno 1590. D. 7. Septembr. Viennam concussit vehemens terræ motus, cum Mars in Leone, & Jupiter in Libra existeret.

Anno 1627. D. 30. Julij in Regno Neapoli septem urbes evertit, Marte in Tauro existente.

Anno 1828. in Regno Sinarum urbes 15. stravit bene magnas, Marte in Signo ♄. posito.

Anno 1659. Insulam Amboinam afflixit, cum Mars in Geminis, Jupiter in Virginis Signo versaretur.

Anno 1660. D. 29. Junij, in Galliis Burdigalam, Pictaviam, Montem Pessulanum concussit, cum

Mars Leonis, Jupiter Virginis Signum percurreret.

Anno 1662. Insulam Cretam concussit, Marte Cancri Signo inexistente.

Anno 1665. D. 29. Jan. Oxonij & in vicinis locis terræ motum incolæ sunt experti, Sole, Marte, & Jove in eodem Amphoræ Signo positis. Eodem anno D. 16. Aprilis Pequinum concussit, Marte in Arietis, Jove in Aquarij Signo existentibus.

Anno 1667. D. 6. Julij Ragusam evertit Marte in Geminis, & Jove in Ariete positis. Sub idem quoque tempus Schamachum ad Mare Caspium per tres menses afflixit.

Anno 1668. D. 25. Julij Sineses terræ motum senserunt, Iove in Geminis versante. Item 24. Augusti.

Anno 1670. in æstate Tyrolis vexata & afflicta est, Iove Cancri Signum occupante. Rediit denuo in autumno, Iove Leonis Signo inexistente.

Anno 1674. In Brisgoia, & Helvetia terræ motum sunt experti Marte in Tauro posito.

Anno 1686. Linkoping in Suecia afflixit, D. 21. Ian., cum Mars in Ariete, Iupiter in Scorpio esset.

Anno 1688. Neapolim concussit Marte in Cancro posito. Atque hæc, aliæque complura, quæ studiosus Lector eruditorum diaria cum astronomicis Ephemeridibus conferendo facilè inveniet, non obscurè asserti nostri veritatem evincunt.

Colliges quintò, conjunctiones planetarum efficaciore, & quæ præ reliquis conducunt ad productionem Cometarum, esse primò quatuor planetarum superiorum, videlicet Saturni, Iovis, Martis, & Solis, utpote

quorum major est virtus, & potentia. Secundò eorum planetarum, qui ad invicem magis vicini consistunt; nimirum Solis cum duobus comitibus Venere & Mercurio. Tertiò eorū, quorū utrunq; similis est motus, nempe Solis, & Veneris, item Saturni & Iovis; & horum quidem duorum conjunctio per Antonomastiam vocatur *magna*, idque tum, quia sunt planetæ, si non maximi, certè omnium supremi: tum, quia eorum conjunctio plerumque magna efficit, & quia ob motus tarditatē diutissimè durat. Porro plures planetæ conjuncti, præsertim in eodem Signo cælesti, etiam potentiùs operantur, juxta ea, quæ aliàs diximus, & ipsa quoque experientia testatum facit.

Quemadmodum autem non ad omnem planetarum conjunctionem oritur Cometa, ex eo quidem capite; quia conjunctio quandoque citò nimis transit, vel quia conjunctio non semper est perfecta, sed quandoque vel in Longitudine, vel in Latitudine deficit, ita nascuntur plures Cometæ, qui nemine advertente vel observante rursus intereunt; qui enim nascuntur tempore æstivo, ubi longiores dies sunt, & utrumq; crepusculum diuturnū, nisi sint valde magni, ægrè fiunt conspicui; qui verò reliquis anni temporibus prodeunt, plerumque prævias habent magnas pluvias, nebulas, aut nubes, in quibus sæpius invisæ latent, & rursus inobservati evanescent.

Colliges sextò, sententiam Aristotelis asserentis, Cometæ ex terra originem trahere, immeritò à quibusdam explodi: quia, etiam si in plerisque Cometis non deprehendatur parallaxis, sive aspectus diversitas, adeo-

que plerique Cometæ observati sint supra Lunam, tamen exinde legitime non infertur, quod etiam nati sint supra Lunam. Possunt enim Cometæ oriri ex terra, & postea sensim elevari supra Lunam & altiùs. Atque hoc ex vano non esse ostendit experientia, quæ docet, ante plerosque Cometæ præcedere diuturnas pluvias, nebulas, & tempestates, quales teste Cysatto præcesserunt Cometam anni 1618., item nostro ævo & anno 1664., & anno 1680. Accedit, quod plerumque dies aliquot prætereant, donec ritè ab Astronomis Cometæ observentur, dum interim ipsi in altum, & supra Lunam eluctantur.

Dicent quidem Adversarij primò, fieri vix posse, ut Cometæ intra dies pauculos è terra sublevantur supra Lunam, & Solem. At quomodo intra 24. horas, sive unum diem Cometa jam supra Lunam existens in suo Circulo rapitur, & à Sole circumfertur per longè majus spatium, videlicet ex Oriente in Occidentem, & inde rursus in Orientem? spatium namque è terra usque ad Orbitam, sive Circulum, in quo movetur Cometa, sexies continetur in Orbita, utpote semidiameter in sua peripheria.

Dicent secundò, non semper præcedere pluvias, aut nebulas ante Cometarum exortum: unde fieri non potuit, quin unus aut alter in tanto Cometarum numero, qualis præsertim fuit seculo præterito, infra Lunam fuisset manifestè deprehensus. Materiam ex terra erumpentem non illico formari in Cometam, sed coagulari, & sensim condensari, quemadmodum exhalationes addensantur in nubes aut ignes fatuos. Deinde

inde eadem materiam
pens in amphi
ri, utpote densi
sa, tam citò, &
sua, sed tu
eluctatur in æ
utpote magis d
pora sublunar
evadunt. Co
netarum, qua
Cometarum si
mus, non ma
pora planetar
terraqueum:
potest elicere
planetæ alteri
runt etiam di
conjuncti Cor
bo terraqueo.
aliquid accedit
frequenterrimè
præcedere an
Colliges
semper esse
exortos, quanc
scere contingit
apparentes ple
& materiam n
sed tantum ma
autem lapsus v
aliquot primæ
tescere, vel ca
de ferè accidit,
quantumvis ex
propet motum c
le abripitur, ac
guram oblonga
hæc ipsa figura
dim longam au
tur, hoc magis
tur, & tandem
centum Cometa
denis nati Soler
stuntur, quod

inde eadem materia è terra prorumpens in atmosphæra nostra sublunari, utpote densiore, magisque crassa, tam citò, & facilè non fit conspicua, sed tunc primùm, quando eluctatur in æthera, in qua regione, utpote magis diaphanâ, eiusmodi corpora sublunaria faciliùs conspicua evadunt. Conjunctiones igitur planetarum, quas paulo ante exortum Cometarum supra accidisse ostendimus, non magis valent agere in corpora planetarum, quàm in Globum terraqueum: unde si unus planeta potest elicere Cometam ex corpore planetæ alterius sibi conjuncti, poterunt etiam duo, aut plures planetæ conjuncti Cometam elicere ex Globo terraqueo. Huic probabilitatis aliquid accedit ex terræ motibus, qui frequenter ante Cometarum exortum præcedere animadvertuntur.

Colliges septimò, Cometas non semper esse recentes, & primùm exortos, quando ipsis caudam accrescere contingit: quia Cometæ primò apparentes plerumque quoad corpus & materiam non ampliùs augentur, sed tantùm magis dilatantur; quòd autem sæpiùs videatur illis post dies aliquot primæ apparentiæ barba succrescere, vel cauda prolongari, exinde ferè accidit, quia corpus Cometæ quantumvis ex se sphæricum, tamen propter motum celerrimum, quo à Sole abripitur, ac circumfertur, in figuram oblongam abstrahitur, atque hæc ipsa figura prout magis secundùm longum aut latum oculo obiicitur, hoc magis longa aut brevis videtur, & tandem etiam sine cauda cernitur Cometa, quando oculus videtis inter Solem & Cometam constituitur, quod in Cometa anno

1664. evenit, qui priùs cum cauda, postea sine cauda, & tandem cum cauda resumpta apparuit.

Colliges octavò, in rigore loquendo, tamdiu planetam aliquem præ cæteris dominari certæ alicui Provinciæ, aut loco, quamdiu ejusdem loci vertici propior, quàm cæteri planetæ, in Meridie existit. Ratio hujus est: quia planeta tantò potentiùs agit, quantò magis sunt directi ejus radij, quibus agit: quò autem propiùs accedit ad verticem, hoc magis directi fiunt ejus radij, uti apertè circa Solstitium experimur in Sole: igitur planeta quilibet tunc præ aliis dominium exercere dicendus est, quando propiùs, ac alij, in Meridie ad verticem accedit. Hac ratione Luna quovis mense ferè semel, Sol autem cum suis asseclis Venere & Mercurio ferè semel in anno acquirit dominium, quando nobis Borealibus existit in ipso Tropico Cancri, Australibus verò, quando in Tropico Capricorni versatur. Denique quando agitur de dominio ad certum tempus, diem, & horam &c. Astrologi illud deferunt illi planetæ, qui tunc existit in principio, sive limine Domûs X.^{ta}, hoc est, in ipso loci Meridiano; quia totis 24. horis nunquam potentiùs agit planeta, quàm hoc ipso tempore, quo existit in Meridie.

Præter hoc dominium, quod planeta obtinet in Meridie, sunt etiam aliæ stationes, in quibus solito potentior est planeta, vel ejusdem virtus notabiliter deficit. In primis quidem potentior est planeta in suo exortu; quia tunc incipit agere radijs directis, qui, ut jam supra dictum est, potentiores sunt radijs refractis: sicut

autem planetæ virtus notabiliter crescit in suo Exortu, ita notabiliter deficit in Occasu, adhuc verò notabiliùs in media nocte. Res experientia quotidianâ constat in ægrotis, qui, uti respirant in Solis Ortu, ita plerumque deficiunt in Occasu, & adhuc ampliùs in media nocte; quia in hac statione radiorum solarium omnium maxima est debilitas, & re-
fractio.

Hanc ob causam duorum planetarum, præsertim contrariorum, utcunque noxia est oppositio; dum enim occidit unus, alter exoritur, & siquidem prior fuit calidus, & posterior frigidus, succedit inde repentina mutatio, quæ corpora, præsertim morbida & fracta (in quibus major est sensus) malè afficit, & affligit. Similem effectum habet quadratus duorum planetarum aspectus, præsertim contrariorum: dum enim calidus est in dominio, frigidus vel oritur, vel occidit; si oritur, fit novus conflictus; si occidit, calidus triumphat, & nullo resistente excessum facit. Cæterorum verò aspectuum, quos magno numero Astrologi conscribunt, futilis est observatio, utpote quos nec ratio, neque longa experientia alicujus esse momenti, aut notabilis valoris ostendit.

Illud quoque notabile est circa planetarum virtutem, ab alijs utcunque neglectum, aut certè non sufficienter animadversum; videlicet, planetæ, cum ad nos accedunt, sive quando directi versantur in Signis ascendentibus, quæ sunt ♀, ♁, ♃, ♄, ♅, ♆, ♇, vires suas instaurant, & in dies potentiores evadunt: è contrario ubi à nobis recedunt, sive cum descendentibus Signis iudem directi

inexistunt, sensim etiam virtutem suam parciùs indulgent, atque remittunt. Quòd si verò planetæ sint retrogradi, tunc recedunt à nobis in Signis ascendentibus existentes, accedunt verò ad nos, si descendentibus immorentur. Assertum hoc testatur experientia quotidiana in Sole, qui, quamdiu post Solstitium hybernum ad Solstitium æstivum, & ad partes nostras accedit, dies continuò crescit, & quidquid priùs erat emortuum, denuo reviviscit; at ubi Sol superato Solstitio æstivo à nostris partibus ad Australes sensim recedit, iterum decrescunt dies, lux cum calore iterum defervescit, & in languorem pristinum omnia convertuntur. Ratio universalis dictorum est; quia planetæ ad verticem nostrum accedentes quotidie nobis fiunt altiorem, & diutiùs supra Horizontem existunt, adeoque suam virtutem diutiùs nobis impendunt: immo & fortiùs atque efficacius, quia semper magis ac magis directè radios suos emittunt; è contrario quò magis à nobis recedunt, hoc nobis demissiores evadunt, minori tempore supra Horizontem existunt, & obliquiùs radios suos dispensant, ac consequenter etiam minus virtutis nobis contribuunt.

Porro sicut quovis die duo sunt termini magis notabiles, in quibus planetæ sunt potentiores, nempe in Ortu & Meridie, & duo, in quibus sunt debiliores, in Occasu nimirum, & media nocte; ita quolibet anno duo sunt termini magis insignes, in quibus planetæ sunt potentiores, nempe in Æquinoctio verno, & Solstitio æstivo; & duo, in quibus sunt debiliores, nempe in Æquinoctio autumnali, & in Solstitio hyberno;

qui

qui termini in
puncta cardinali
Itaque planetæ
quodammodo sunt p
malignis quali
cedit; è contr
debiliores, qu
bus quotidie al
est ratio de pla
rum qualitate
tidie aliquid su
trario in recess
dictis autem e
cardinibus inc
mentum boni
notabilissimum
In his omni
dispositione na
ita ætemperavit,
te maligni per ac
mitium obdura
Iud planetæ de
interumpant
benefici eadem
cedant, & jur
ho intervallo n
reperant. Cæter
lenci, item beni
cantur planetæ,
in se boni aut ma
cum Kirchero at
orum natura &
si omnibus æqua
in su Jupiter æque
ficus appellari po
aquam maleficam
igni exitum paria
stem ideo malign
lic arbores stert
exeret: Ita nequ
Non malefici ap
quod prior valde
rior cum excello ca
supra modum calic

qui termini utrobique vocantur puncta cardinalia.

Itaque planetæ maligni in accessu quotidie fiunt pejores, quia quotidie malignis qualitatibus aliquid accedit; è contrario in recessu fiunt debiliores, quia malignis qualitatibus quotidie aliquid decedit. Eadem est ratio de planetis beneficis, quorum qualitatibus per accessum quotidie aliquid superadditur, & è contrario in recessu aliquid demitur. In dictis autem quatuor terminis sive cardinibus incrementum ac decrementum boni aut mali est omnium notabilissimum.

In his omnibus tamen mirabili dispositione natura rerum ordinem ita attemperavit, ut nunquam planetæ maligni per accessum tamdiu dominium obtineant, quin sæpius illud planetæ benefici, & in tempore interrumpant: & vicissim nunquam benefici tamdiu ad partes nostras accedant, & jura teneant, quin justo intervallo malefici principatum repetant. Cæterum maligni aut malefici, item benigni aut benefici vocantur planetæ, non quòd reipsa & in se boni aut mali sint, ut quidam cum Kircherò arbitrantur, sed quia eorum natura & temperamentum nõ omnibus æqualiter conducit, quo sensu Jupiter æquè ac Saturnus maleficus appellari potest. Quis verò aquam maleficam ideo dicat, quòd igni exitium pariat? quis ignem vel aërem ideo malignum vocet, quòd hic arbores sternat, ille palatium exurat? Ita neque Saturnus, neque Mars malefici appellari merentur, quòd prior valde infrigidet, posterior cum excessu calefaciat, uterque supra modum exsiccet.

Et si verò animalium vita ut plurimum in calido & humido consistat, habent nihilominus etiam animalia quasdam partes, quæ ex sicco & frigido constant. Ossâ namque, nerui, cartilagine, immo totius corporis structura sine sicco diffunderet, & sine frigore excessum caloris non ferret. Esto sanè, quòd sanguis ex humido & calido constet; at cerebrum, & quidquid inde originem trahit, naturâ suâ friget. Mundus igitur uterque major & minor cum partibus constet heterogeneis, necesse est, ad earum conservationem, & propagationem diversas quoque causas in cælestibus reperiri. Tam igitur utriusque mundo conservando necessarius est Saturnus, quàm Iupiter, prior quidem, ut nativo suo frigore caloris vehementiam præsertim in zona torrida, & semper æstuosâ non nihil attemperet: posterior autem, ut nativo suo calore immoderatum frigus in utraque zona frigida, immo quandoque etiam temperatâ refrenet: Saturnus ut sicco suo frigore lapides induret, montes in saxa commutet; metalla progneret, crystallum coagulet, aliâque mineralia frigida foveat, atque conservet: Jupiter ut humido suo calore animantia vegetet, sanguinem augeat, semina sæcundet, fructus foveat, arbores nutiat, & propaget. Sed de his plura dicendi infrâ redibit occasio.

Dicunt Astrologi: Mars & Saturnus inducunt febres malignas, aliòsque morbos, & mala pestifera: unde signum est sat manifestum, eos constare simili naturâ, hoc est maleficâ, & venenatâ. R. Astrologos non tantùm Marti & Saturno attribuere ejusmodi effectus pestiferos, & malignos,

lignos, sed etiam Jovi, ac cæteris planetis. Porro in productione similitum morborum ita res geritur. Qui humidæ est naturæ, semina gerit morborum humidorum, ac putridorum: qui verò calidæ, calidorum, atque acutorum. Si igitur planeta humidus in dominio existat, & humidum vehementer adaugeat, fit denique excessus in hoc individuo valde humido, qui non fit in calido. Hic igitur excessus qualitatis humidæ per se quidem innoxia, nisi tempore tollatur à prudente Medico, vel temperetur ab alio planeta calido & sicco, tandem degenerabit in qualitatem secundam putridam, noxiam, & pestiferam. Inde fit frequenter, ut similes naturæ sive temperamenta morbos quoque similes patiantur, & symptomata eadem, idque simili tempore: unde hujusmodi morborum maleficorum causa per se non sunt planetæ, sed talis natura jam disposita: verbo, talia semina, quæ ab astris excluduntur quidem, at non

ponuntur; cæteroquin non minùs in aliis, quàm in uno, alterove individuo simili similis prodiret effectus, cui tamen contrarium docet experientia; cum enim naturæ calidæ fatiscunt, & ferè præ nimio calore difflunt, phlegmatici ac frigidi respirant, atque sani perseverant. Exemplo res & inductione confirmari potest: quædam insecta venenata sub finem æstatis passim sua semina ponunt in dumetis & arboribus, quæ hyberno tempore persistunt quasi mortua: ubi verò calor Solis verno tempore invalescit, illico ea semina excluduntur. Quis jam Solem ideo venenatum & pestiferum dicat, quòd venenata semina suo calore vivifico animaverit? Si ergo Sol suo calore potest producere effectum etiam pestiferum, quin ipse propterea sit pestifer aut malignus, cur idem non poterit præstare Mars aut Saturnus, quin uterque propterea dicatur pestifer aut maleficus?

PROPOSITIO V.

De virtute, & officio planetarum in specie.

HActenus de virtute planetarum in genere propositione præcedenti est dictum; nunc etiam de hac ipsa

restat dicendum in specie, quod sequentibus §§. præstabimus.

§. I.

Virtus, & officium Solis in hæc sublunaria.

I. SOL naturâ suâ est calidus & siccus, cujus qualitates calor & siccitas per se sunt innoxia & naturales: per accessum tamè, aut conjunctionem aliorum planetarum sæpius faciunt excessum, & noxiæ evadunt.

II. Sol est fons & origo omnis luminis ætherei; ipse enim impertit lumen rebus omnibus, tantumque caloris, quantum cujusvis temperamentum capit. Inde namque Sole post Solstitium hybernum à Tropico

Ca-

De
Capicorni ad
revertente in re
animam ver
mentum sumit c
naturalis vigor t
nica Equinob
jim calore velu
sanguis incipit
fræces biliosas h
ebullientes velu
regurgitare.
stium æstivum
lore adueto c
& sanguis puri
etiam vivencia r
ra evadunt; è o
hybernum, cu
mociosissimis, &
etiam sanguis de
ente debent
laquent vivenc
ternæ mutatio
suo modo rec
namque oriente
ferent in mer
guent, & defici
quod potissim
& animo & corp
III. Motus
nus; quovis et
astronomico, hoc
Sol promovete
Jodico. Idem Sc
VT Sol virtute
& cum primis
in calidum, sicco
frigidum, humic
um idem Luna su
de in Solis & Lu
est innoxia, immo
tamè necessitas,

Capricorni ad nostras partes Boreales revertente in rebus omnibus, in animantibus verò præcipuè incrementum sumit calor, & cum calore naturali vigor totius corporis. Inde circa Æquinoctium vernum aucto jam calore velut cacabus ad ignem sanguis incipit sensim effervesce, & fæces biliosas hyeme collectas atque ebullientes velut mustum in dolio regurgitare. Inde, ubi circa Solstitium æstivum Sole altissimo, & calore adaucto consumuntur fæces, & sanguis purior saniórque evadit, etiam viventia robustiora, & vivaciora evadunt; è contrario circa Solstitiũ hybernũ, cùm Sol à nobis est remotissimus, & maximè depressus, etiam sanguis deficit, eoque deficiente deficient spiritus, & corpora languent viventium. Ejusmodi quaternæ mutationes, ac vicissitudines suo modo redeunt quotidie; Sole namque oriente reviviscunt omnia, fervent in meridie, in occasu languent, & deficient in media nocte, quod potissimũ apparet in ægrotis, & animo & corpore deficientibus.

III. Motus Solis est ordinatissimus: quovis enim die naturali & astronomico, hoc est, intra 24. horas Sol promovetur uno ferè gradu in Zodiaco. Idem Sol annos omnes, co-

rúmque partes quatuor, nempe ver, æstatem, autumnum, & hyemem per se semper efficit æquales; quòd verò teste experientia tantopere inæquales, atque diversæ sint, non à Sole, sed cæteris planetis provenit, utpote quorum motus est prorsus inordinatus, nempe jam velox, jam tardus, jam directus, jam retrogradus, cui accedit lucis perpetua variatio; unde virtus Solis identidem distrahitur, atque immutatur.

IV. Sole igitur dominante utcun- que sibi constant quatuor anni tempora, nec facilè excedunt, hoc est, non notantur calores aut frigora exorbitantia, sed moderata sunt, & suo temperamento conformia: & propterea tunc neque viventia gravius affliguntur, aut notabiles patiuntur excessus.

V. Quod sanguis inter humores, hoc Sol est inter planetas; quamdiu enim Sol ab aliis planetis non nihil remotus incedit, tamdiu medium servat, & rebus omnibus proficit; at ubi radios suos cum aliorum planetarum radiis miscet, atque confundit, tunc enim vero variatur, atque retunditur natus illius influxus, prout magis minusve noxius aut benignus est planeta, cum quo congreditur.

§. II. Virtus, & officium Lunæ.

VT Sol virtute sua rebus omnibus & cum primis animalibus imperit calidum, siccumque naturale, ita frigidum, humidumque necessarium iisdem Luna subministrat; proinde ut Solis, ita & Lunæ influxus per se est innoxius, immo rebus omnibus summè necessarius, adeo, ut utrius-

que combinatio efficiat temperiem rebus omnibus naturalissimam; quia promovent, atque conservant duas qualitates rebus omnibus, cum primis animantibus, ingenitas, videlicet calidum & humidum. Quandoquidem autem, ut jam supra animadvertimus, non omnia etiam vi-

Z

ven-

ventia, immo nec omnes viventium partes constant ex humido & calido tantum, sed longè magis ex aliis qualitatibus, uti pisces, arbores, & plurima insecta, item ossa, lapides, & metalla, atque multa mineralia potissimum constant ex frigido & humido, ex frigido & sicco &c., idcirco natura rebus omnibus procreandis, ac conservandis sapienter prospexit, nec Solem tantum & Lunam, sed alios etiam planetas in cælo statuit, quorum virtute & influentiâ omnibus per vices consuleret, eorumque naturam ac temperamentum identidem instauraret. Interim præter officium hoc universale Luna habet sua etiam officia singularia.

Primum est, quòd sit receptaculum quoddam omnium influentiarum cælestium, & tanquam speculum aliquod, in quo radij à cæteris planetis reflexi communicantur Globo terraqueo, & rebus omnibus in eo contentis; ut enim Sol viro similis abundat calido & sicco, sic Luna par fæminæ humida & frigida est, & propterea generationibus apta subservit. Igitur radios, quos Luna inter planetas infima & terræ proxima in accessu ad reliquos planetas concipit, plerumque in ipsa Lunationis die, aut certè tertiâ aut quartâ post Lunationem die parit. Si igitur primâ Lunationis die non accidit alteratio temporis, tunc ut plurimum eveniet die tertiâ vel quartâ. Dixi: ut plurimum; quia hæc alteratio subinde protrahitur in diem quintam usque, vel à prima die Lunationis alteratio protrahitur in diem secundam, quod tunc ferè accidit, quando propter Latitudinem Lunæ nondum est perfecta Lunationis, &

luminis lunaris completio, quæ secum trahit alterationem temporis.

II. Natura nulli planetarum majorem, magisque notabilem tribuit variationem luminis, quàm Lunæ; unde virtus illius admodum varia est: nova namque Luna nobis invisâ est, & sine lumine; unde virtutem sibi propriam, nempe humidum ac frigidum, tunc præcipuè communicaret orbi terraqueo, nisi Sol Lunæ tunc conjunctus suo calore ac siccitate eam attemperaret. Est igitur Novilunium inter quatuor Lunationes per se loquendo siccum, & frigidum, nisi tunc coincidat, vel paulo antè præcesserit ejusdem Lunæ cum alio planeta conjunctio: tunc enim Novilunium naturam ferè participat illius planetæ, cum quo Luna conjuncta fuit. Porro ubi Luna aliquousque à Sole digressa nobis post tertiam, vel quartam diem incipit esse conspicua, tum verò crescente lumine augetur calor, & imminuitur, sive retunditur ingenitum Lunæ frigus & humiditas, idq; tantò magis, quantò ampliùs Luna à Sole elògatur.

III. Igitur ubi Luna primum aspectum quadratum sive primam Quartam lumine complevit, tunc etiam calor unâ cum luce notabile incrementum accipit, & hoc ipso nativum Lunæ frigus, & humiditatem ampliùs hebetat, & infringit, idque deinceps continuatur, & augetur in dies usque ad Plenilunium ipsum; semper enim lumine crescente crescit calor Lunæ, & frigus imminuitur. Unde usque ad ipsum Plenilunium Lunæ influenza evadit calida, & sicca. Est autem Lunæ crescentis calor tempore hyberno orbi terraqueo cum primis utilis, immo

ne-

necessarius, ut
maximè depre
tempore conspic
bis alissima, &
bene longam cor
affira; unde e
alièntiâ supplet
compolares suo
tis vehementian
autem die ante
Luna est calidi
tamen magis si
humida) & tu
atque frugifera
humiditate pot
dax qualitates
sunt idoneæ: l
Ido crescut
tam v corpora,
tum facit. Qu
lunium die lun
gis; de relece
icit, & Luna
da & frigida e
ad ultimam Qua
defecit, fracto
vum frigus & l
tur. Hactenus
sic accipit: Novi
siccum. Pri
lica, Plenilun
Quarta
IV. Ex qu
mnes ferè Nava
lunam, immo &
modumque suis
nemo etenim ef
nem cælestium
non libinde an
noctis, inter
& violentiam m
immo ad luminis
ta, atque defest
ad Novilunium, &

necessarius, utpote quando Sol est maximè depreffus, & nobis exiguo tempore conspicuus, Luna verò nobis altissima, & per totam noctem bene longam conspicua, & maximè activa; unde eo tempore etiam Solis absentia supplet, terras præsertim circumpolares suo calore fovet, & frigoris vehementiam coercet. Quartâ autem die ante & post Plenilunium Luna est calidissima (ante Pleniluniū tamen magis sicca, post verò magis humida) & tunc maximè benigna, atque frugifera; quia tunc calore & humiditate potissimū abundat, quæ duæ qualitates generationi maximè sunt idoneæ: humido namque & calido crescunt, augentur, & dilatantur corpora, uti experientia testatum facit. Quartâ verò post Plenilunium die lumine jam magis magisq; decrefcente etiam calor decrefcit, & Luna jam longè magis humida & frigida evadit. Denique ubi ad ultimam Quartam sui luminis Luna defecit, fracto jam calore ad nativum frigus & humiditatem revertitur. Hactenus dicta in compendio sic accipe: Novilunium est frigidum & siccum. Prima Quarta calida & sicca. Pleniluniū calidum & humidū. Ultima Quarta humida & frigida.

IV. Ex quatuor Lunationibus omnes ferè Navarchi, Medici, Hortulani, immo & Rustici mensuram modumque suis negotiis statuunt: nemo etenim est tam stupidus, aut rerum cælestium adeò incurius, ut non subinde animadvertat alterationes aëris, intemperiem corporum, & violentiam morborum augeri & iminui ad luminis lunaris incrementa, atque defectus; notatur enim, ad Novilunia, & Plenilunia oriri

ventos, venire pluvias, accumulari nives, intendi, ac remittere frigora, augeri febres, cadere epilepticos, vehementiùs turbari maniacos, & similia complura: sed quia hæc ipsa frequenter quidem, at non semper, nec certo ordine ac lege accidunt, idcirco, quæ contemni quidem prudenter non possunt, dubios saltem plerosque reddunt, aut etiam de certa regula aut fundamento talia utcunque divinandi desperabundos relinquunt. Unde Navarchi, Medici, & Hortulani etsi de eventu vehementer dubitent, tamen ne perperam egisse deprehendantur, & ab alijs propterea taxentur, inhærent vulgi opinionibus, & à veterum effatis non recedunt, ac propterea ad Lunationes, & signa in Calendariis notata plantant, & serunt, navigationes instituunt, sanguinem mitti, ac scarificari præcipiunt, etsi multoties cum eventu prorsus infausto, & iniquo.

Porro ejusmodi errores ex multis capitibus oriuntur. Primò quia qui Calendaria concinnant, aut regulas & dictamina tradunt, plerumque ea ex falsis Astrologiæ judicariæ principiis desumunt. Secundò quia cælestes Lunationes consulunt, genium tamen ac mores hominum, item conditionem loci ac regionis, ubi habitant, interea non attendunt. Tertio quia plerumque conjectura ex solis Lunationibus desumitur, non animadvertendo ad aliorum planetarum occurrentiam; alia namque est Novilunij natura & conditio, quando paulo antè præcessit ejusdem Lunæ conjunctio cum Marte, alia, quando conjuncta priùs fuit cum Jove, alia, quando Novilunium ab ejus-

modi conjunctionibus præviis fuit liberum.

Præst igitur Luna humoribus, eosque identidem variat, auget, & imminuit; vehementius tamen commovet primò, quando est in dominio. Secundò quando est cum planetis vehementioribus conjuncta. Tertiò quando in Perigeo, sive terræ vicinissima existit, quæ tria singulis ferè

mensibus accidunt. Quasiò quando ab una Lunatione quot hebdomadis in aliam transit. Huiusmodi igitur humorum commotiones vehementiores Medici in curandis corporibus, Navarchi in navigationibus, & Hortulani in plantationibus instituendis attendunt prudenter, si quidem necessitas id permittit.

§. III. Virtus, & officium Saturni dominantis.

Saturnus inter planetas post Solem juxta Ricciolum, & alios quosdam ab ipso citatos est maximus, à terratamen omnium remotissimus, ejusque motus in Zodiaco tardissimus, cum eodem annos infumat ferè 30., antequam Zodiacum absolvat; idcirco ejus quoque regimen durat diutissimè, & ob hoc ipsum habetur valde noxium, iis præsertim rebus, quæ ut plurimum constant ex calido, & humido; cum primis autem nocet frugibus, plantis, & arboribus, quibus adimit succum necessarium, co-

rumque adstringit meatus, ne latius excrecant. Noxius item Saturnus est animalibus, quibus auget atram bilem, hebetat visum, exsiccatur cerebrum, penetrat, & exhaurit medullas ossium ac dentium; præterea auram exasperat, hyemes efficit cum excessu frigiditas, & annos ut plurimum steriles. Interim tribuit rebus omnibus suam consistentiam, & cum primis elemento terræ. Quia verò viventibus ut plurimum hic planeta est noxius, idcirco vocatur Infortunium majus.

§. IV. Virtus & officium Jovis dominantis.

Jupiter succedit Saturno in altitudine, motique, quo Zodiacum annis ferè 12. absoluit; post Solem & Saturnum tamè inter planetas maximus est, & maximè beneficus. Aëri cum primis dominatur, eumque serenat, sanumque reddit. Unde Iove dominante arbores & agri evadunt fructiferi,

hyemes moderatæ, at tamen nivosa, anni ut plurimum uberis & facundi. Ubi altior magisque directus Iupiter terræ imminet, creat terræ motus, fulmina & tempestates, præsertim Soli ac Marti conjunctus. In animalibus auget sperma & sanguinem, corpora impinguat, atque dilatat.

§. V. Virtus & officium Martis dominantis.

Jovi Mars succedit, qui cum sit minor terræ, in Apogeo vix stellam tertiæ magnitudinis apparentiâ suâ exæquat; è contrario in Perigeo, ubi

fit Lunæ, terræque proximus, ingens apparet, & proinde etiam vehementior evadit. Ubi verò est in regimine, & quidem æstivo tempore,

De
 fe, aciem re
 lubrem, imm
 car, fulmina &
 rò etiam terræ
 mes quidem n
 men nives
 turbines pro
 undationes,
 inducit; arbor
 rumpit, & m
 trario verme
 SOL & Lun
 lima sunt g
 ta, Sol quide
 Luna humidi
 qualitates ge
 necessarias. A
 na longius c
 tempe præ
 utriusque re
 consistit; S
 ne autem Ve
 turnus, ac M
 dum unam qu
 igitur Sol, du
 loco, vicarian
 in unus planeta
 & si quando q
 planetas omne
 quo caelesti con
 aberit, sed illic
 habet à Sole res
 absentiam de ca
 frequentiusqu

D
 P
 officio plane

te, aërem reddit æstuosum & insalubrem, terram exurit, fontes exsiccat, fulmina & tempestates, nec raro etiam terræ motus provocat. Hyemes quidem nonnihil mitigat, attamen nives accumulatur, ventos ac turbines procreat, & frequenter inundationes, atque diluvia terræ inducit; arbores æquè ac fructus corrumpit, & morbidos efficit: è contrario vermes, muscas, crabrones,

aliâque insecta, præsertim Veneri sociatus, producit, atque annos, & agros plerumque steriles efficit; animalia verò cumprimis malè afficit, bilem flavam adauget, sanguinem accendit, & ad morbos calidos, & acutos totum corpus disponit.

De Veneris & Mercurij virtute, ac officio vide, quæ propositione III. sunt dicta.

§. VI. Haftenus dictorum Synopsis.

SOL & Luna in sublunaribus potissima sunt generationis instrumenta, Sol quidem subministrat calorem, Luna humiditatem, duas videlicet qualitates generationi cumprimis necessarias. At quia nec Sol nec Luna singulis orbis terræque partibus semper præsens existit, inde natura utrique reliquos planetas vicarios constituit; Soli quidem Martem, Lunæ autem Venerem. Iupiter, Saturnus, ac Mercurius utrique secundum unam qualitatem deservit. Dum igitur Sol, aut Luna abest uni terræ loco, vicariam illorum operam subit unus planeta ex quinque reliquis, & si quandoque contingat, cæteros planetas omnes in eodem loco, ac Signo cælesti consistere, Luna diu non aberit, sed illico suo lumine, quod habet à Sole reflexum, ejusdem Solis absentiam & calorem supplebit, quod frequentius quidem tempore hyema-

li contingit. Est autem in toto hoc mundo sublunari pars potissima homo, & propter hominem cætera sunt omnia. Igitur quia humanæ vitæ constitutio ferè constat ex calido & humido, ejusdem quoque origo & conservatio ferè pendeat ex Sole & Luna, cum hi duo planetæ sint potissima humidi & calidi principia, ac fundamenta. Nec abluat ab his dictis Philosophi effatum: Sol (cur non & Luna?) & homo generat hominem. Igitur Solis officium est jacta rerum omnium sublunarium semina fovere, & ad statum naturæ suæ conformem disponere. Soli continuo Venus assistit, & Mercurius; prior quidem benigna tanquam Lucina naturam identidem excitando generationem promovet; posterior, utpote varius, genium fingit, & temperamentum ut plurimum determinat.

PROPOSITIO VI.

De origine, situ, & motu atmosphæræ.

Postquam de influxu, virtute, ac officio planetarum in genere æ-

què ac in specie pertractavimus, necesse est hinc aliqua de atmosphæra
Z 3 tra-

tradere, ex eo etiam potissimum capite, quod planetarum influxus in his sublunaribus ut plurimum non fiant sensibiles immediatè, & in se, sed in aliquo medio, cujusmodi in sublunaribus præcipuum est atmosphæra; licèt enim Luna cum Sole ita potenter agat in hæc sublunaria, ut, qui eorum radios & influxum non sentit, sine capite & sine sensu sit, oporteat, reliquorum tamen planetarum influxus sunt admodum tenues, & subtiles; unde corpora sublunaria nec graviter nec impetuosè afficiunt, sed sensim ac sine sensu ad varios effectus, & ut plurimum mediâ atmosphærâ disponunt, prout ab experientia, & effectibus cognoscitur, idque jam satis ex dictis constat, & porrò ex sequentibus patebit.

Est autem atmosphæra reipsa nihil aliud, quàm aër exhalationibus & vaporibus repletus, illud nimirum spatium toti Globo terraqueo circumfusum, & à superficie terræ supra altissimorû montiû vertices non nihil elevatum, quod Geographi communiter in tres partes, sive regiones distinguunt. Infima regio utcunque temperata, & humanis usibus accommoda ferè ad nubes extenditur; secunda alterationibus aëris infervit, eaque densior ac frigidior; tertia supra iuga montium haud multum extensa sensim in aërem purissimum, sive æthera desinit. Altitudinem primæ regionis ex altitudine nubium deprehenderunt Geometræ unius miliaris Italici. Altitudinem secundæ ex altitudine alpium nive repletarum unius leucæ Germanicæ ad perpendicularum definiunt. Altitudo tertiæ regionis incerta est, nec

facilè divinari, necdum mensurari potest.

Porrò hic Globus, etsi terraqueus communiter appelletur, quia nimirum potiore partem ex terra constat & aquâ, nihilominus elementaris est, & ex quatuor elementis compactus etiam ignè in subterraneis meatibus fovet atque aërem: prior quidem passim per montes Vulcanos sive ignivomos se prodit: alter verò per terræ motus. Horum igitur quatuor elementorum non tantum potentia, sed etiam actu orbi terraqueo inexistantium primæ qualitates inter se contrariæ mutuo in se agunt, juxta illud Poëtæ: Frigida pugnabant calidis, humentia siccis: & ex earundem actione & mutuo conflictu identidem nascuntur exhalationes & vapores, priores quidem ex terræ mineralibus, posteriores autem ex aquis & locis paludosis, quæ conjuncta & Globo terraqueo circumfusa atmosphæram constituunt, cujus partes leviores magisque calidæ ferè altius evolant, & ad tertiam regionem aëris assurgunt: graviores autem in prima ferè & secunda regione consistunt: in prima quidem, ut aërem per suam densitatem aptum respirandi medium animalibus reddant; in secunda verò, ut materiam ad alterationes sublunares necessariam cælestibus influentiis præbeant. In prima igitur regione aura rarior non nihil est ac mitior propter vicinos ignes subterraneos, & radios Solis reflexos; in secunda regione aër jam longè crassior est, atque frigidior; quia ad hanc regionem nec calor ignis subterranei, nec radij Solis reflexi pertingunt.

Jam

Jam vero
re motum q
rectis percip
Folij ante
plex planet
communis,
omnibus sid
intra 24 hor
Occalum, &
IraSol.ex.gr.
pra Horizo
puncto b, &
l, sive Meri
scendens inf
diam nocter
dem Horizo
prius sive cur
le, quo Zodia
lestia sidus per
annum à T ro
ad Tropicon
lum reverti
His igitur
motibus a
commoveretur
que necessari
velut aqua in
putrescat, & n
Motu quidem
atmosphæra
ex Ortu in Oc
promoveretur a
tius quidem i
nibus in zona ter
minimè in zoni
jus pater ex ipsa
Nam planetæ
e. G. d. consist
tem partem dit
longè majorem
in zonam to
atmosphæram Z
stram, quam in a
partes, sive zona

Jam verò ad ipsum atmosphære motum quod attinet, ut eum rectiùs percipias, priùs in Fig. IV. Folij H. ante oculos ponendus est duplex planetarum motus, videlicet communis, ac proprius. Communis omnibus sideribus est, quo quotidie intra 24 horas ab Ortum feruntur in Occasum, & inde redeunt in Ortum. Ita Sol. ex. gr. existens in Tropico \mathcal{S} supra Horizontem H. O. emergit in puncto b, & inde assurgit in punctum l., sive Meridiem. Unde rursus descendens infra Horizontem, per mediam noctem a. revertitur ad eundem Horizontem H. O. Motus proprius sive cuius sideri peculiaris est ille, quo Zodiacum, sive $\Gamma\mathcal{Z}$. Signa cælestia sidus percurrit. Ita Sol intra annum à Tropico \mathcal{S} . l. k. a. transit ad Tropicum \mathcal{P} . e. G. d; & inde ad illum revertitur.

His igitur duobus planetarum motibus atmosphæra identidem commovetur, & circumagitur, idque necessariò, ne in perpetua quiete, velut aqua in palude consistens computrescat, & mortalibus noxia evadat. Motu quidem planetarum communi atmosphæra continuò circumfertur ex Ortum in Occasum, & inde rursus promovetur ad Ortum, & vehementiùs quidem in zona torrida, minùs in zona temperata, & omnium minimè in zona frigida. Ratio hujus patet ex ipsa Figura proximè citata. Nam planetæ intra spatium a. k. l. e. G. d. consistentes per radios majorem partem directos & simul reflexos longè majorem impressionem faciunt in zonam torridam, ejusdemque atmosphæram Zodiaco directè suppositam, quàm in alias Globi terraquei partes, sive zonas eidem Zodiaco ob-

liquè respondententes. Inde fit, ut motu communi atmosphæra, quæ est in zona torrida, magis attenuetur, rarefiat, magisque consumatur, minùs verò in temperata, & omnium minimè in zona frigida. Atque hanc ipsam ob causam experientiâ teste alterationes rariores sunt in zona torrida, frequentiores in temperata, & ferè continuæ in zona frigida, ubi tantus est atmosphære rigor, & densitas, ut eam ipso tactu se percepisse in nova Zembla testentur Batavi.

Rursus etiam motu proprio planetarum atmosphæra quot annis à Septentrione movetur in Austrum, & ab Austro denuo in Septentrionem. Sol namque existens in puncto K. sive Tropico \mathcal{S} . longissimè abest à Polo Antartico Q. & partibus Australibus; è contrario dimidio ferè anno tunc inminet Polo Arctico, & partibus Borealibus; unde tunc fortiùs agit in atmosphæram Borealem, seu Septentrionalem, eamque sensim rarefacit, & partim in nebulas, nubes, & pluvias resolvit, partim verò ad plagas Australes impellit, ubi tunc denuo colligitur, & circa Polum Antarticum in cumulum addensatur tamdiu, donec à Sole ex puncto K. sive Tropico \mathcal{S} . sensim ad punctum G., sive Tropicum \mathcal{P} . progressu atmosphæra Australis eodem modo resolvitur, & alteratur. Atque hæc est vicissitudo perpetua à naturâ sapientissimè diversos propter fines instituta.


Primò enim hac ratione competentem materiam subministrat alterationibus, quibus totum Globum terraqueum habitabilem fecundat, & fructiferum reddit.

II. Motus uterque atmosphære, & exinde nata alteratio non à Sole tantum efficitur, sed etiam à reliquis planetis, & cum primis ab iis, qui plus cæteris habent caloris, cujusmodi sunt Mars, Jupiter, & Luna multo lumine conspicua. Eapropter non semper idem, sibi que similis est atmosphære motus, sed identidem diversus; exinde namque prodeunt hyemes solito severiores, æstates nimis frigida, aut calida, veris & autumnii tempora à solito suo temperamento nimium diversa. Sed hoc ipsum amplius declarabimus per Fig. I. Folij K.

Sit enim Sol in ipso Tropico ☉., & in puncto F. (quod ferè D. 21. Junii solet accidere) sit quoque Venus in eodem Tropico Soli conjuncta quoad Longitudinem, scilicet in puncto V., Mercurius in γ. sive gradu 15. II., Jupiter in I. 23. grad. V., Saturnus in principio V. & puncto S., Luna in principio M. & puncto L., & Mars denique in principio P. & puncto G.; planetis ita constitutis atmosphæra in duas partes distrahitur: ex parte namque Septentrionali consistunt Sol ac Jupiter, Venus ac Mercurius, priores duo calidi, posteriores naturâ frigidi, quibus accedit suo modo Saturnus in medio Zodiaci, sive Æquatore constitutus, itidem frigidus. Unde motus atmosphære Septentrionalis erit moderatus. Ex altera parte atmosphære Australi proximus est Mars, cui vicina accedit Luna paulo post lumine plena, procul absunt insuper reliqui planetæ frigidi; unde hæc atmosphæra Australis non minùs commovebitur, quàm Borealis: adeoque triplici motu planetarum agita-

bitur atmosphæra, nempe motu communi ab Ortu in Occasum; item motu proprio à Borea in Austrum, & rursus ab Austro in Boream; ex quibus adeò diversis motibus nascitur partium ipsius atmosphære inter se conflictus, quod subinde ad oculum patet ex ipsis nubibus (quæ sunt atmosphære alteratæ effectus aliquis) dum in ipsa atmosphæra circumferuntur à duobus ventis contrariis, qui venti denique nihil aliud sunt, quàm ipsa met atmosphæra mota, sive atmosphære agitata impulsus: quò enim atmosphæra impellitur, in eam partem conspirant, & dominantur venti: nec alius est fons & origo ventorum, quàm atmosphære motus & fluxus, cujus violentia apparet in effectibus, videlicet in Maris æstu, procellis ac fluctibus, agitatione sabuli, evulsione arborum, terræ motibus, st. idore, fremitu, ac susurro, quem edunt particula crassiores ipsius atmosphære ad invicem collisæ, & ad partes obstantes, videlicet muros, rupes, litora, ac fluctus impactæ, quæ tunc potissimum animadvertuntur, quando partes atmosphære diversis motibus ac ventis inter sese committuntur.

Idem ferè accidit, quando planetæ calidi in eandem Zodiaci cælestis partem alterutri Polo viciniorem conveniunt. Ex. gr. si Sol cum duobus asseclis, Venere scilicet & Mercurio tunc valde luminosis, item cum Marte, Jove, & Lunâ in eodem Tropico ☉., vel prope eundem conjunguntur, Saturno ad alterum Tropicum nonnihil remoto, tunc enim propter caloris excessum cum humido notabili fit ingens rarefactio, adeoque violentus atmosphære motus, & diu-






Fig. I.

Fig. II.

diuturnus ventorum flatus, quibus brevi tempore exhauritur in parte Boreali atmosphælicum, sive repositoryum exhalationum, ac vaporum, quod cæteroquin motu ordinario in multos menses, & totam æstatem alterationibus suffecisset. Solet enim atmosphæra Borealis motus more solito inchoari circa 20. Martij ad ingressum Solis in V., quo tempore etiam terra in nostris Germaniæ partibus incipit aperiri, & nix ac glacies resolvi. Evacuato autem atmosphælicio ante tempus solitum multoties consecuta est immoderata siccitas, æstus intolerabilis, febres calidæ, & ipsa fæda lues ac pestis &c.

Contrarium evenire solet, quando Sol cum suis Asseclis Venere & Mercurio consistit in eodem Tropico cum Saturno, Jove ac Marte remoto; tunc enim atmosphæra vicina diutiùs quiescit addensata à planetis frigidis: at tempus vernum clausâ diutiùs terrâ erit mitius, magisque siccum, æstas autem frigida, & humida; quia Sol tunc à planetis frigidis impeditur tardiùs movebit atmosphæram, videlicet non mense Aprili, sed Junio, & Julio.

Porrò fluxus & alterationes atmosphæra, experienciâ teste, ut plurimum sequuntur montium iuga, & tractus alpestres, quibus adhæret pertinaciter, & liberaliùs suos effectus indulget: fortassis eam ob causam, quòd atmosphæra per rarefactionem agitata & per frigus alpium rursus addensata à motu faciliùs inibi conquescat; vel certè quòd atmosphæra constans ex vaporibus & exhalationibus, quæ sunt partes ex elemento terræ & aquæ combinatæ, & in aère suspensæ, locia & amica elemen-

ta requirat, & inventa arctiùs complectatur. Ex dictis

Colliges nunc primò, cur motus atmosphæra, sive venti Australes nobis Borealibus sint ut plurimum calidi magis, Boreales verò frigidi etiam æstivo tempore; quia nimirum ut atmosphæra Australis ad partes nostras Boreales perveniat, necessariò transire debet zonam torridam, sive partes ac Regiones calore Solis perustas, à quibus, licet frigida, utpote à Polo Australi progressa, rursus incalescit. At verò motus atmosphæra ventique Boreales nobis in eodem Hemisphærio existentibus immediatè prodeunt ex Polo Arctico nobis vicino frigidissimo, unde mirum non est, quòd omnis alteratio hyemali tempore nives nobis inducat, æstivo autem grandines & tempestates &c.

Colliges secundò, quo modo fieri possit, ut in eodem Oceano occidentali naves Hispaniæ tardiùs transeant in Americam sive Indias occidentales, adeoque ab Ortu in Occasum, & rursus ex Occidente citiùs redeant in Orientem, sive ex America in Hispaniam. Ratio nimirum est, quòd naves ex Hispania digressæ utantur motu atmosphæra communi, sive vento universali, qui cum Sole & Luna cæterisque planetis ab Ortu spirat in Occidentem, & plerumque prope Lineam, sive Æquatorem sensibilior est, quemadmodum ipse Oceani fluxus. At verò naves, quæ ex America in Hispaniam, adeoque ab Occidente redeunt in Orientem, non utuntur vento universali, sed relicta Lineâ, sive Æquatore propius accedunt ad Boream & ad litora Floridæ, ac novæ Franciæ, ubi à Polo Septen-

trionali aspirant venti laterales Boreales longè vehementiores, quàm sit ventus universalis; unde horum ventorum Borealium auxilio longè citiùs ex Occidente redeunt in Orientem, uti passim testantur authores, & libri de navigationibus à P. Ricciolo in Geograph. Reformatâ citati; ex quibus hic author asserit, ex Hispania navigari in Americam prope Lineam duobus ferè mensibus, & per eandem viam non nisi quatuor & ampliùs mensibus reverti; cùm tamen hoc iter, si relicto Æquatore ventis Borealibus utantur, citiùs quàm duobus mensibus conficiant.

Colliges tertiò, quid tandem sit, & unde proveniat adeò decantatus & famosus ille Maris fluxus atque refluxus; cùm enim atmosphæra identidem moveatur ab Oriente in Occidentem, & simul etiam ab uno Polo ad alterum secundùm impulsus, quem illi imprimunt per rarefactionem planetæ, & cum primis Sol ac Luna, inde nascitur ille fluxus Maris & refluxus; quod ut clariùs ostendam, quædã tum ex dictis, tum ex probatissimis aliorum experimentis necessariò supponenda sunt. Primò quidem supponendum est, Lunam naturâ suâ esse quidem frigidam & humidam, sed pro varia illuminatione effici etiam calidam, & tantò quidem ampliùs, quantò plus à Sole habet luminis, quod illi præcipuè accidit in Plenilunio, sive oppositione. Hoc autem calore adventitio nativum illius frigus necessariò retunditur, & imminuitur.

Supponendum secundò, Lunam intra 24. horas sive unum diem naturalem non redire præcisè ad eundem Meridianum, sed 50. ferè minu-

tis, hoc est, horâ ferè integrâ tardius ad eum reverti.

Supponendum tertiò, atmosphæram non à solo calore, sed etiam ab humido rarefieri, sive extendi; idque ostenditur ex thermoscopio; atmosphæra namque in vitro rarefit, & aquam in canali deprimit non tantùm, quando aura mitescit in hyeme, & ex frigida non nihil incalcescit, sed etiam quando in æstate ex sicca fit humida, & per pluvias non nihil refrigerat.

Supponendum quartò, ex innumeris authoribus, qui hac de re scripserunt, Maris æstum, hoc est, fluxum & refluxum minimum fieri circa Solstitia, maximum circa Æqui-noctia, & quidem majorem in Plenilunijs, remissiolem in Novilunijs, omnium minimum in duobus aspectibus quadratis, quando Luna remotior est à terra, quàm in conjunctione & oppositione cum Sole.

Supponendum quintò, Maris æstum in dato loco ut plurimum inchoari Lunâ ascendente supra Horizontem, augeri usque ad Meridianum Lunæ, & Lunâ existente in Meridiano loci æstum, sive intumescentiam Maris esse maximam; rursus autem Lunâ à Meridiano descendente affluxum Maris decrescere, donec Luna redeat ad Horizontem. Post Occasum verò Lunæ rursus Maris æstum accrescere usque ad mediam noctem, sive donec Luna ad Meridianum infra Horizontem redeat, & denique iterum deficere, donec ad Horizontem ortivum Luna revertatur: adeoque ad varium Lunæ in Cælo situm & illuminationem manifestè variari fluxum Maris atque reflexum. Dixi tamen: ut plurimum; quia hæc omnia

omnia non co-
finito aliquo
quandocumque
tur in pto Ne
rumibus sub
basillad sub
dem semper
tis incipit, q
tizontem em
mus æstus n
Meridianum
que citiùs no
tardiùs. Ru
nec in eodem
quolis sempe
proptus tem
ullus æstus n
in Mari Paci
In Mediterra
longioribus, &
gnus, ad lit
Flandria ad
Londini ad
alibi in Ang
clorivum in
prope Abrur
ped, 90, &c
videre est pal
Supponer
Mari excitatu
& augeri; ven
non nihil und
tir fluxum, c
ventus novum
& hic tandem
multiplicatus in
fluxumque ato
quidem hie
lum, tunc au
receditur, a
tat, novamqu
fluxum vento
unde nascitur
fluxum, Maris

omnia non consistunt in certo ac definito aliquo puncto temporis, sed quandoque æstus summus non notatur in ipso Novi-ac Plenilunio; verum tribus subinde aut quatuor diebus illud subsequitur. Item nec eodem semper loco intumescencia Maris incipit, quando Luna supra Horizontem emergit, nec semper summus æstus notatur, quando Luna Meridianum attingit, sed quandoque citius non nihil, & quandoque tardiùs. Rursus affluxus & refluxus nec in eodem nec in diversis locis æqualis semper accidit, nec eodem prorsus tempore. Eapropter vix ullus æstus notatur in Mari Balthico, in Mari Pacifico, in Sinu Mexicano; In Mediterraneo exiguus, in Sinibus longioribus, & angustiioribus fat magnus, ad litora Gallix, Hispanix, Flandrix ad pedes 15. assurgit æstus; Londini ad pedes 30. excrescit aqua; alibi in Anglia ad pedes 66., ad S. Maclovium in Francia ad pedes 70. & prope Abruncas, vulgo Auranches ped. 90., & alibi adhuc ampliùs, uti videre est passim apud auctores.

Supponendum sextò, motum in Mari excitatum continuò propagari, & augeri; ventus enim primò attollit non nihil undam, & modicum efficit fluctum, cui subsequens unda & ventus novum superaddit impulsum, & hic tandem longiore progressu multiplicatus in imensum excrescit, fluctumque attollit decumanum: & si quidem hic fluctus reperit obstaculum, tunc aut in adversam partem reflectitur, aut in obliquam declinat, novamque seriem undarum ac fluctuum vento perdurante concitat: unde nascitur uti ventorum, ita fluctuum, Marisque perturbatio, &

tempestatum origo, quæ iis in partibus potissimùm deserviunt, ubi venti contrarij ad idem obstaculum impingunt.

Ex his suppositis nunc ulterius deduco Corollarium primum, scilicet præcipuam æstus marini, hoc est, fluxus ac defluxus causam esse Lunam. Evincit hoc irrefragabilis experientia, non tantum nautarum, sed & Geographorum, aliorumque hominum doctissimorum, ut adeò mirer, post tantum numerum asserentium, & experientiam quotidianam attestantium reperiri aliquem, qui de hoc dubitet. Hæc igitur experientia ostendit, ad certos Lunæ situs, & apparentias in cælo Mare intumescere, & iterum defluere. Modus autem, quo hoc ipsum contingit, talis est. Luna quotidie supra Horizontem emergens, & ab Oriente in Occidentem procedens naturalem suum humorem, & calorem adventitium partibus atmosphære sibi utcumque directè oppositis imprimit, & imprimendo, ac calefaciendo atmosphæram rarefacit, atque extendit: hæc autem rarefacta, atque extensa Mare subjectum deorsum premit eo prorsus modo, quo in thermoscopio aura calefacta & humectata aquam & spiritum in canali deorsum impellit: hac solum differentiâ, quòd aqua angusto canali inclusa non possit ad latera notabiliter recedere, sed tantum deorsum descendere: Mare autem ab atmosphæra compressum possit ad omnem partem diffluere, & diffluendo, motumque continuando postea ad objecta litora fortiùs impactum altiùs assurgere. Sicut autem planeta quò altiùs supra Horizontem attollitur, hoc ampliùs virtutem suam intendit.

ita & Luna supra Horizontem emergens hanc impressionem & Maris impulsus adauget, donec Meridianum, hoc est, maximam in eo loco attingat altitudinem, à qua postea descendendo virtutem, unaque Maris compressionem rursus imminuit, & aquis ad priorem Maris alveum sua sponte relabendi spatium concedit iis in locis, à quibus motu proprio, & eommuni paulo longius recesserat; dum è contrario partes succedentes, quibus oriendo sensim attollitur, fortiùs propellendo fluxum Maris identidem restaurat, & ad Horizontem redeundo eundem denuo remittit. Hæc ad captum doctiorum. Imperitioribus vulgari hac similitudine res ita declarari potest. Vas aliquantum capacioris orificij, & oblongum repleatur aquâ usque ad supremos margines. Superficie aquæ imponatur aliud quoddam vasculum concavum ex levi aliqua materia, v. gr. ligno confectum, longè priori minus, quod instar naviculæ innatet superficie; hoc facto impone digitum fundo interiori hujus vasculi lignei, illudque deorsum sensim premendo ab uno extremo margine ad alterum promove, videbisque aquam antrorsum versùs, & in omnem partem ad marginem vasis majoris diffuere, & assurgere, à posteriori tamen parte recedente vasculo sensim iterum in medium confluere.

Corollar. II. Hic ipse Maris fluxus ac refluxus non provenit tamen à solius Lunæ impressione; quia Lunâ existente in Tropico \mathcal{E} , & quidem in ipso Meridiano suo, uno mense vehementior est fluxus ac refluxus Maris, quàm altero præcedente, aut subsequente, uti testatur ex-

perientia: ex quo confectarium est, quòd aliud quiddam interveniat, quòd fluxum ac refluxum Maris augeat quandoque, & rursus eundem quandoque imminuat in eadem & in diversis terræ partibus. Ad hanc difficultatem omnibus ferè Philosophis ac Geographis hæret aqua: ut adeò Causinus dicat fluxum & refluxum Maris esse sepulchrum curiositatis humanæ. Nec mirum, quia plerique neglecto cælo hoc mysterium in suo cerebro elucidare quærunt, vel certè oculos solùm in terram coniciunt, & inde causam hujus differentię eruere contendunt: quasi verò otiosa in cælo stellæ hæc sublunaria eminùs adspicerent tantùm, non curarent. Luna æstus marini principale quidem instrumentum est; quia Mari proxima, & humorum moderatrix est; sed quemadmodum alia est virtus lunaris, aliterque Maris æstum afficit, quando Luna concurrat cum Sole, & nos omni luce ac calore destituit, alia, quando Soli opposita est, luce plena, & calore abundat: ita alia prorsus est Lunæ virtus, quando Luna cum aliis planetis quovis mense congregatur; Saturnus enim utpote frigidus & siccus humorem Lunæ restringit, & frigus corroborat; Mars illius frigus dissolvit, & humorem refrenat, quod de aliis etiam planetis proportionaliter est intelligendum. Unde mirum non est, quòd Luna etiam in iisdem locis, & eodem tempore Maris æstum tantopere variet, & alium atque alium reddat. Interim tamen non inficior, conditionem terræ plurimum conferre ad diversitatem æstus marini in diversis locis; quia loca zonæ torridæ vicina citiùs æstum percipiunt, quàm

quàm valde
major exultat
enim Maris qu
eo amplius ex
decimanis fl
Corollar
mi, ubi fre
ceteris partib
tus atmosphi
ac Maris æst
ad Insulam M
rentij; ad p
num, & tot
S. Lazari, q
cas, Japonic
ad Insulas A
Hesperides.
Antillas, &
Insulas Brita
quia pleriqu
altissimos, ac
tius impa
cat, & vari
Maris æstus
gè solet esse
illi nulla obs
ta per zona
ab alterutro
ter per Oce
Maris condit
dagascar, qu
ta sit in zon
hætenus confi
ad eam ex Pol
motæ via; und
Maris terribilis
gatio, adeò e
tractus ille a
sepulchrum.
ni furia, & v
genius ex Ita
rit, ubi præter
in Occidentem
& Continens

quàm valde remota, etsi in his ferè major existat, quàm in illis; æstus enim Maris quò longiùs progreditur, eò ampliùs excrefcit, uti constat ex decumanis fluctibus.

Corollar. III. In partibus Oceani, ubi frequentiores sunt Insulæ, cæteris paribus vehementior est motus atmosphære, ventorum furie, ac Maris æstus, quàm alibi; ex. gr. ad Insulam Madagafcar, sive S. Laurentij; ad promontorium Comorinum, & toto illo tractu archipelagi S. Lazari, qui est inter Insulas Indicas, Japonicas, & Marianas. Item ad Insulas Azorides, Fortunatas, & Hesperides. Præterea ad Insulas Antillas, & Caribum: & tandem ad Insulas Britannicas. Causa hujus est; quia pleræque Insulæ habent montes altissimos, ad quos atmosphæra fortius impasta, atque reflexa multiplicat, & variat ventorum furiam, & Maris æstum intendit, qui tunc longè solet esse vehementior, quando illi nulla obsistit terra, sed atmosphæra per zonam torridam agitata, & ab alterutro Polo propulsæ libera patet per Oceanum via. Ejusmodi Maris conditio est ad Insulam Madagafcar, quæ præterquam quòd sita sit in zona torrida (quantum hætenus constat Japerta, & libera est ad eam ex Polo Australi atmosphære motæ via; unde fluxus ibi, æstusque Maris terribilis, ac periculosa navigatio, adeò quidem, ut Navarchis tractus ille appelletur navigantium sepulchrum. Neque minor est Oceani furia, & vehementia, quæ navigantibus ex India in Japoniam occurrit, ubi præter motum ex Oriente in Occidentem accedit ad tot Insulas & Continentes reflexio continua, &

atmosphære ex utroque Polo affluxus.

Corollar. IV. Non tantùm in locis, ubi frequentiores sunt Insulæ, sed universim ibi vehementior Maris æstus, ac ventorum furia notatur, ubi atmosphæra per zonam torridam circumacta cum atmosphæra ab utroque Polo mundi progressa ad eandem partem Continentis concurrat. Eiusmodi loca sunt ex plurimis hæc paucula, atque notissima. Primò. Famosum illud Africæ Caput, sive promontorium Bonæ Spei, tot Maris, ventorumque tempestatibus & naufragiis celebratum, motibus zonæ torridæ vicinum, & Poli Australis flatibus expositum. Secundò. Ejusdem Africæ Cabo Sierra Lione, sive promontorium Leonum, ita nautis appellatum, quòd inibi ventorum ac procellarum sonitus ac fremitus horrendus rugitum leonum representare videatur: ad quod motus ab utroque Polo & ipsâ zonâ torridâ configunt. Tertiò. Caput, sive promontorium Indiæ, in cujus ora Orientali dum agitur hyems, & pluvie sunt ferè continuæ, ventique vehementes, in ora Occidentali æstas viget & æstus. Quartò. Caput Coray, sive promontorium Peninsulæ Coricæ, quæ est appendix Regni Sinensis, ad quam horrendæ sunt tempestates, & periculosæ navigationes; quia præterquam quòd multæ ibi sint Insulæ, ex vicino Freto affluit cum atmosphæra Boreali ventus Septentrionalis frigidus, & motus ex zona torrida.

Corollar. V. Ex motu atmosphære in longitudinem & latitudinem orientur etiam fluxus illi Maris concitatissimi, & torrentis instar præcipitati, quos propterea Na-

varchi, & Geographi passim *Currentes* appellant, qui plurimis in locis, cum primis verò per Freta, & ubi Mare inter duo vicina litora non nihil coarctatur, vehementius ac concitatus decurrunt. Porro Freta, per quæ Currentes isti præcipitantur, celebriora sunt, 1. Gaditanum, seu Herculeum, quod inter Hispaniam & Africam ingenti violentia irrumpit in Mare Mediterraneum. 2. Fretum Magellanicum, per quod transitus est ex Mari Pacifico in Atlanticum. 3. & priori vicinum est Fretum Le Maire inter terram Magellanicam, & Insulam minorem, cui vicinum est tertium Fretum Browsers inter Insulam minorem, & terram del Fuego, per quæ duo Freta transitus est ex Mari Æthiopico in Mare Australe. 4. Fretum Waigats inter novam Zemblam, & litus Boreale Russiæ. 5. Fretum Davis, & alia complura inter Grœnlandiam & Americam Borealem, ex quibus notiora sunt Fretum Hudron, & Fretum Forbisher ad Circulum Arcticum. 6. Fretum Anian. 7. Fretum de Uries ad Caput Patientiæ Tartariæ, sive terræ Jedso, & Compagnie Land, à quo non procul abest. 8. Fretum Zangara inter terram Jedso, & Japoniam. 9. Fretum Maris Balthici inter Daniam, & Norwegiam. 10. Fretum Sondicum inter Insulam Sumatram, & Javam. 11. Fretum Palamboanum inter Insulam Javam, & Insulam Cambacca. 12. Fretum Manar inter promontorium Comorinum & Insulam Zeilan. 13. Fretum Siculum inter Siciliam & Calabriam. 14. Fretum sive fauces Sinûs Arabici, dictum Babelmandel. 15. Fretum sive fauces Si-

nûs Persici, dictum Mocandon. 16. Fretum sive Canalis Malacensis inter Peninsulam & Insulam Sumatra. 17. Fretum sive Canalis Bohama inter oram Floridae Orientalis, & Insulas Lucaias. 18. Canalis inter Angliam, & Germaniam. 19. Canalis inter litus Africae Orientale, & Insulam Madagascar, sive S. Laurentij. Neque etiã per Canales & Freta tantum rapitur tali velocitate Oceanus, sed passim ad litora, & in medio Oceano notantur ejusmodi aquarum cursus, fluxusque;

Porro quòd ejusmodi Currentes sint continui, provenit ex motu atmosphaeræ in longitudinem; quòd verò non semper ad easdem plagas, sed ad diversas, & subinde etiam ad contrarias cursum sive in deflectant, provenit tum ex motu atmosphaeræ in latitudinem, tum etiam ab ipsa Continente, sive ora maritima, in quam Mare propulsum in varias vias reflectitur; item ab ipsorum Fluminum in Mare prorumpentium impetu; concitatio autem & remissio Currentium, sive fluxus Maris ut plurimum dependet ab utroque atmosphaeræ motu, in longitudinem nempe & latitudinem, magis, aut minus concitato; hic autem atmosphaeræ motus adeò diversus oritur ab influenza, motuque planetarum identidem diversis. Quemadmodum enim ab ordinario & annuo Solis Lunæque motu provenit ordinatus, & annuus atmosphaeræ, ventorumque ad stata tempora redeuntium motus, & ab hoc Oceani motus ac fluxus, ita è contrario omnis huius motus ac fluxus diversitas à diversa identidem habitudine & combinatione planetarum originem ducit, sine qua nec atmosphaeræ, sive ventorum motus, nec Maris fluxus

Fluxus autem res
tanta diversitas
gressus nulli rati
finiri potest.
Duo igitur
pediendum
videlicet suff
singulorum
ex libris, & it
ga ac diligenti
perientia ob
gnis notitia
cum primis O
propria in sp
mortalium p
primis verò e
navigationib
quorum plu
lucem prodie
debet. Unde
inanes con
duo in sub
Historiam
nautica diu
conscriptam
& planetis d
spondentibus
vera esse, qu
& atmospha
aculimus.
Corollar
torem cau
locis maritim
Maris, quam
ris pericula ex
bus, vorticib
tiantur, pot
tempestatibus
bus; Mare r
ventis turbare
lunt, eorum
ex ipso Maris
fluxus una de
brant (uti in M

fluxus aut refluxus, nec Currentium tanta diversitas, & violentus progressus ullâ ratione explicari, aut definiri potest.

Duo igitur ad hoc negotium expediendum apprimè necessaria sunt, videlicet sufficiens cognitio naturæ singulorum planetarum, quæ non ex libris, & inani discursu, sed longa ac diligenti observatione, & experientiâ obtinetur. Deinde insignis notitia totius orbis terraquei, & cumprimis Oceani, quam habere ex propria inspectione cum vix ullus mortalium possit, ex libris, cumprimis verò ex Historia maritima, & navigationibus nautarum peritorum, quorum plurimi nostro hoc ævo in lucem prodire, subsidium desumi debet. Unde ne quis hæc inanes conjecturas existimet, hæc duo in subsidium vocet, hoc est, Historiam maritimam à viris in arte nautica diu multumque exercitatis conscriptam conferat cum situ cæli, & planetis dato loco, & tempori respondentibus, & inveniet, omnino vera esse, quæ hæcenus circa Maris & atmosphæræ motum in medium attulimus.

Corollar. VI. Ex dictis desumitur etiam causa, cur in quibusdam locis maritimis sit major securitas Maris, quàm in aliis. Etsi enim Maris pericula ex scopulis, Currentibus, vorticibus, aliisque causis oriuntur, potissima tamen veniunt ex tempestatibus, & Maris conflictibus; Mare namque ut plurimum à ventis turbatur, & in fluctus attollitur, quorum ventorum non pauci ex ipso Maris fundo erumpunt, & fluctus unâ & navigia in altum evibrant (utî in Mari Norwegico ad In-

fulam Musca, & subinde etiam aliis in partibus Oceani frequenter fieri solet) plerique tamen ipsi Oceano superne incumbunt, cumque in fluctus & procellas attollunt. Et si quidem duo tantum venti, nempe generalis cum uno Polari, altero penitus excluso, dominantur Mari, in quo raræ aut nullæ sunt Insulæ, tum verò Mare illud immune habetur à procellis & tempestatibus; Ejusmodi est Mare Pacificum, in quo teste Vareno L. I. c. 21. Geogr. univ. aliisque à portu Aquapuleo Americæ Australis sub zona torrida versùs Philippinas quasi sine curâ, & velis nunquam per 60. dies mutatis navigatur. Neque memoria est in tam vasto itinere milliarium 1650. ullam periisse navim. Spirat autem in hoc Mari Pacifico ventus generalis ab Ortu in Occasum, cui infra Tropicum Φ . jungit se ventus Polaris Australis, quorum proinde auxilio, exclusoque prorsus per Americam Borealem vento Polari Arctico non minùs securè ex Chile ad Philippinas navigatur, quàm ex Peruvio.

Porrò non ideo tantum Pacificum appellatur hoc Mare; quia tempestatibus caret, & ventorum conflictu, sed ex eo etiam capite; quia ad Americæ Australis litora occidua non est notabilis Maris Pacifici fluxus, atque refluxus. Causa huius ad oculum patet chartam Geographicam consideranti; ventus enim generalis ab Ortu in Occasum Mare non protrudit ad litora Americæ occidua, sed potiùs ab iisdem repellit contra litora Indiæ, Chinæ, & Japoniæ; unde in his fluxus ac refluxus est vehementissimus, non item in Americæ Australis litoribus occiduis.

Corol-

Corollar. VII. Alia tamen ratio est, cur idem fluxus ac refluxus non sit admodum notabilis in Mari Mediterraneo, & vix ullus deprehendatur in Mari Balthico; ad Mare namque Mediterraneum à zona torrida motui generali per angustum Herculeum Fretum non nisi viâ obliquâ, immo prorsus contrariâ datur accessus, quo modo Maris fluxus ac refluxus multum retunditur. Ad Mare Balthicum adhuc difficilior motui generali patet accessus propter Insulas Britannicas, ipsâmq; Chersonesum Cimbricam sive Peninsulam Jutlandiâ, in quas æstus marinus teste experienciâ vehementer desævit, & multoties refractus tandem extinguitur. Ob eandem rationem etiam in Sinu Mexicano modicus est fluxus atque refluxus, quia impeditur, atque refringitur ab Insulis Antillanis innumeris, & duabus Peninsulis Jucatan, & Tegesta eidem Sinui præfixis. Plura huiusmodi exempla passim suppetunt Historiæ, & plura identidem experientia suppeditabit, ex quibus satis liquidè ostenditur, unde fluxus Maris atque refluxus, & tanta illius diversitas oriatur.

Corollar. VIII. Alia prorsus est causa malaciæ, quæ subinde multo durat tempore, eaque passim reperitur, in Mari quidem aperto rariùs, frequentius tamen intra zonam torridam, ubi triplex atmosphæræ motus concurrat in Sinibus & litorum recessibus, quibus altiora montium juga, & promontoria incumbunt. In his enim angulis & angustiis, dum atmosphæra quieta diutiùs consistit, tandem computrescit, & pestilens evadit. Unde teste multiplici experientiâ innumeri Lusitani, Hispani,

ac Batavi, in ejusmodi malaciâ detenti morbis ac miseris consumpti perierunt; neque tantum affliguntur corpora, sed etiam cibus potusque &c. malè afficitur, atque corrumpitur. Eiusmodi malaciâ tot infortuniis infamis cumprimis est ad oras Guineæ in Mari Æthiopico, ubi Joannes Hugo Lindschott dies 20., Franciscus Draco 21., Alphonfus Albuquerque dies 54., & Magellanes dies 70. hæsit absque ullo sensibili auræ motu, quæ tamen postea in horrendam tempestatem, turbinem, & Ecnephiam erupit, quæ ingentes naves uno impetu sursum ac deorsum vertit, confregit, atque demersit. Aliquid similitudinis habent quandoque tempestates etiam in nostris Regionibus, quæ tempore æstivo post aliquot dierum, immo & hebdomadarum serenitatem & æstum primò in atras nubes sensim concrefcunt, deinde verò repenti in turbines ventosque sævissimos erumpunt, qui sylvas subinde integras, domosque deiiciunt, atque horum turbine, ac ventorum furia in zona torrida (ubi major est æstus, ac planetarum virtus, atque influxus potentior) & insuper in Mari ac inter undas atque procellas tantò terribilior est, quantò minùs effugium patet inter fluctus instar montium elevatos, quàm in terra. Porrò similitum turbine, ac procellarum tempestatumq; non minùs in terra, quàm in Mari ut plurimum causa est atmosphæra frigida, quæ ab alterutro Polo repenti atmosphæræ torrenti, & exhalationibus nitrosis atque sulphureis refertæ superveniens, easque per antiperistasin in arctum & angustias concludens tamdiu obsidet, donec

hec magis
dant, aqua
vero à calore
ac frigore, tor
mov, disti
vium haben
sum vertunt
bines frequ
loco, quim
perzeraqu
loco concurr
& calidæ, qu
locus plus nit
arumque sim
rator est, qu
di turbini ac
subministrat
Corolla
quer, motu
se, sepe vel
vix sensibile
in ipsa zon
do, quo i
temperata
ria planetar
enim habi
ximam par
constitution
sura illius, I
cadat immed
ex eo tamen
liter arguitur
motibus tant
quam subeum
altius ostendi
perens a natur
ipsa rerum su
continua mu
que demonst
suis motus q
cote terraque
denum consp
laborem huc i

nec magis unitæ sese mutuò intendant, atque accendant, tunc enim vero à calore rarefactæ cum impetu ac fragore, tormentorum explosorum more, dissipantur, & quidquid obivium habent, sursum, atque deorsum vertunt. Cur verò ejusmodi turbines frequentiores appareant in uno loco, quàm in altero, ratio est; quia, præterquàm quòd frequentius in uno loco concurrant atmospheræ frigidæ & calidæ, quàm in altero, etiam unus locus plus nitri ac sulphuris habet, aliarumque similium exhalationum feracior est, quàm alter, unde ejusmodi turbini ac furori materia & arma subministrantur.

Corollar. IX. Ex dictis satis liquet, motum generalem varium esse, sæpe vehementem, aliàs verò vix sensibilem in Oceano etiam, & in ipsa zona torrida, eo planè modo, quo id fieri solet in zona nostra temperatâ: idque contingit pro varia planetarum combinatione; varia enim habitudo Globi terraquei maximam partem dependet ex varia constitutione cæli; quia hæc est mensura illius. Licet verò hoc ipsum non eadat immediatè sub oculos nostros, ex eo tamen prudenter & rationabiliter arguitur; quia tot, tantisque motibus tantæque lucis variationi, quam subeunt planetæ, non potest aliud ostendi finis sufficiens, ac competens à natura constitutus, nisi hæc ipsa rerum sublunarium varietas, & continua mutatio, quam satis superque demonstrat pulcherrima & constans motus planetarum rerumque in orbe terraqueo sibi continuò succedentium conspiratio. Porro quia laborem hoc indagandi, & unum

cum altero identidem conferendi pauci subire volunt, aut possunt, inde mirum non est, quòd pauci ista capiant, aut sciant, & pauciores, qui de iis rectè discerant; ubi enim in his naturalibus experientia non sternit fundamentum, vanus est discursus, nec ratio bene fabricat, sed domunculas in arena struit, & in aère nidos ædificat.

Illud videbitur difficile, quomodo in zona torrida, & sub ipso Equatore continuus ferè sit motus atmospheræ generalis, & qui inde nascitur, fluxus & refluxus Maris, & nihilominus sub eodem Equatore reperitur subinde quies aliqua, & malacia, quam attestantur illi, qui in Indias navigarunt, Equatorem semel, iterumque transgressi. Veruntamen difficultas tanta non videbitur illis, qui hæcenus dicta recolligent. Dictum est autem multoties, & experientiâ contestatum, varium esse motum generalem, natumque exinde Maris astum prorsus sibi dissimilem, hoc est, quandoque concitatum ac vehementem, aliàs verò remissum ac vix sensibilem: quam varietatem nos inexplicabilem ostendimus iis omnibus, qui neglecto planetarum influxu causas in sublunariis tantum requirunt. Ubi namque talis in cælo planetarum est combinatio, quæ humidum minuit, & siccum adauget, atmospheræ a zonæ torridæ circumfusa notabiliter attenuatur; unde motus illius necessariò imminuitur, donec humido ut plurimum lunari succedente atmospheræ calore (qui in zona torrida plerumque abundat) rarefacta, atque dilatata motum suum denuo instauret.

Bb

Corol-

Corollar. X. Etsi causa potissima efficiens motum atmosphæaræ sint planetæ, non parum tamen eundem motum quandoque etiam variant, atque perturbant ignes subterranei, qui in cryptis & cavernis nunquam otiosi delitescunt, & sese per Vulcanos, sive montes ignivomos tanquam per caminos aperti produnt. Hi igitur ignes mineralia & aquas subterraneas in vapores & exhalationes identidem resolvunt, quæ postea in auram prorumpentes atmosphæram adaugent, & in omnem partem impellunt. Hic autem impulsus motusque adventitius cum nullis certis legibus possit circumscribi, & nullis certis indiciis divinari, non immeritò etiam sagaces quos, cunque naturæ scrutatores perplexos reddit. His accedunt annui motus atmosphæaræ in utroque Hemisphærio ex resolutione nivis, & glaciæ, quæ terrâ, Marique tempore hyemali accumulatur in partibus utriusque Polo vicinis, & in utraque zona temperata, quæ subinde à ventis & pluviiis repente dissolvitur, aliàs verò sensim & incerto tempore defluit in aquas & vapores, ex quibus nihilominus multum variatur ordinarius atmosphæaræ motus, & exinde etiam Maris fluxus atque refluxus. Licet verò hoc ultimum accidens utcunque divinari possit ab Astrologo naturali ex certo planetarum concursu, ad unum tamen, alterumve diem, & sæpe hebdomadam res certo definiri non potest.

Corollar. XI. Solet quidem proponi Aphorismus aliquis Geographicus, unde Regionum ac Provinciarum statui possit certum aliquod

temperamentum; videlicet: Tanto magis calet Regio in dato Hemisphærio, quò longiùs à suo Polo recedit. Sed ne fallat hæc Regula, subjntellige: si cætera sint paria. Ita Hispania magis calet quàm Norwegia, India magis quàm Tartaria, &c. Sed, ut dixi, Regulam datam natura limitavit in multis. Primò quidem per montium juga, quæ vertices suos usque ad secundam regionem aëris attollunt, & fluxum atmosphæaræ ventosque impediunt, aut aliq̄ divertunt. Ita alpes Germaniæ, quæ ab Ortu in Occasum longissimo tractu decurrunt, & Germaniam ab Italia dirimunt, ventos Australes cæterò quin longè vehementiores, utpote à zona torrida & Africa æstuante aspirantes, multum impediunt, magisque temperatos alpestri suo frigore reddunt. Rarijores namque magisque fractos experiuntur Austros Germani, frequentiores autem, magisque vehementes Zephyros, eò quòd his liberior à Mari Atlantico, sine Occidentali sit accessus. Mexicum verò, sive nova Hispania, Borealis Americæ Regio, licet magnam partem subsit zonæ torridæ, perpetuo tamen vere gaudet, auræque temperatissimæ; quia situs illius aliquantò sublimior, & secundæ regioni aëris vicinior est, quæ calor excessum non nihil temperat, & nativo suo humore terram mirum in modum fecundam reddit: cum primis verò pascuis abundat ea Regio, & animalium copiâ præ aliis terræ partibus, quod mirum non est, cum experienciâ constet, etiam in Europa nostra monticolas aurâ frigidiorè uti præ iis, qui valles inhabitant, & meliora plerumque

que pascua, et
aperta in alpi-
periri.

Docet p
montes præse
coepertos etia
al certam aliq
suum propg
rigidam effice
horum monti
distantiam po
ferz. Ejusm
tetur Provinc
circa montem
posita in ipsa
magnam dist
alterius rei,
rax. Simile
subeunt Pro
Germaniæ ad
cent: cum è
ta uberiori
ac vina gen
neque Prov
tum atque
nactæ sunt,
gaudent,
Palatinarum
eandemque
alpiibus obtin
bergia vini
tem Palatinar
us ex ipsa terr
met naturâ pi
constat sulphur
bus, quæ tructi
que maturant
Nec terra à S
bus incalescit
subterraneis,
goum magis à
ram reddunt.
Astra caus
præ decem lim

que pascua, educandisque pecoribus aptiora in alpihus quàm vallibus reperiri.

Docet præterea experientia, montes præsertim frequenti nive coopertos etiam in ipsa zona torrida ad certam aliquam distantiam frigus suum propagare, auramque magis rigidam efficere; unde terræ intra horum montium spheram & talem distantiam positæ minùs sunt frugiferæ. Ejusmodi incommodum patitur Provincia Americæ Australis circa montem Porosi argenti feracem posita in ipsa zona torrida, quæ ad magnam distantiam sterilis est, nec alterius rei, præterquam argenti ferax. Simile quoque incommodum subeunt Provinciæ, quæ alpibus Germaniæ ad plagam Borealem adiacent: cum è contrario magis remotæ uberiori solo gaudeant, & fructus, ac vina generosiora proferant. Sed neque Provinciæ, quæ æqualem situm atque distantiam à montibus nactæ sunt, æquali semper ubertate gaudent. Ita Wirtenbergia cum Palatinatu superiore idem ferè Clima, eandemque distantiam à Germaniæ alpibus obtinet, & tamen Wirtenbergia vini Necarici ferax est, non item Palatinatus; unde hæc disparitas ex ipsa terra nascitur, quæ suâmet naturâ pingujor est, & multo constat sulphure, aliisque mineralibus, quæ fructibus nobilioribus vinoque maturando magis conducunt. Nec terra à Sole tantùm ac sideribus incalescit, sed etiam ab ignibus subterraneis, qui subinde unam Regionem magis idoneam quàm alteram reddunt.

Alterà causa, quæ Regulam supra datam limitat, & diversitatem

Regionibus inducit, est situs Oceano vicinus; ostendit enim experientia manifesta, Regiones maritimas ut plurimum magis fructiferas esse, quàm mediterraneas, & procul à Mari remotas, præ cæteris tamen illas, quæ Austro obversæ sunt. Aura namque, quæ à Mari & Meridie aspirat, nobis aliquantò humidior, ac mollior est: unde terram impingat, & fructus benignè afficit. Ubi è contrario venti Polares utpote rigidiores aspirant, terra magis exasperatur, & minùs fructifera redditur. Ita Hispania secundùm litora Australia longè mitior ac fertilior est, quàm in mediterraneis. Anglia ad oram Australem longè benignior ac uberior est, quantumvis Polo vicinior, quàm multis in locis Germania à Mari & Polo remotior. Nova Zembla toto anno frigore ac nive obsessa premitur, cum interim Groenlandia alicubi in ora maritima ventis Australibus obversa longè mitior aurâ perfruatur.

Tertia causa, cur quædam Regiones contra Regulam datam & præter solitum frigeant, atque rigeseant, est ipsa terræ segnities, sive ipsa Regio secundùm magnam sui partem inculta atque deserta; hæc igitur ubi semel frigore constricta non aratur, & colitur, clausa semper exhalationes calidas in suo gremio continet, nec foras emittit, ut per eas aura mitescat. Unde licet aliquanto tempore à Sole aura non nihil incalescat, frigus tamen, quo terra obstinatè clauditur, expugnari non potest. Eiusmodi Regio Americæ Borealis est Canada, quæ hodie nomen novæ Franciæ obtinuit, quæ licet eodem ferè cum Gallia situ ac Climate contineatur, longè tamen quàm Gallia olim

frigidior ac asperior fuit, nunc verò per culturam, & frequentiores habitationes mitior evadit. Porro quòd hodièque magis adhuc frigeat nova Francia, quam Gallia, alia etiam causa est; quia nova Francia ventis Borealibus est exposita, qui per multiplices Sinus Oceani Borealis liberum habent accessum Sed & ipsa hæc Regio, ubi magis versum Polum Arcticum recedit, hodièque inculta, & inhabitata existit. Similis verò ratio pugnat pro Regno Chinensi, & Japonia; utriusque etenim hyemes sunt prorsus severæ, & præter naturam Climatis frigidissimæ; quia utriusque ad Polum Arcticum objacet Tartaria Regio prorsus montosa, & ut plurimum inculta, Regisque Chinensis venationibus magis, quam agriculturæ opportuna.

Corollar. XII. Differentia igitur Regionum magnam partem desumitur ex vario situ ad zonam torridam, & alterutrum mundi Polum juxta versiculum illum.

Frigus uterque Polus, dat torrida zona calorem.

Inde antiqui totum Globum terraqueum suo tempore cognitum secundum Latitudinem dividerunt in 7. Climates, sive spatia, quorum primum inchoarunt ab urbe & Insula Meroë, quam Insulam Nilus, notissimus Africae Fluvius, in duo brachia divisus complectitur. Ultimum verò Clima, sive spatium terminarunt ad ostium Borysthenis, hodie Dnieper. Hos namque antiqui terminos credebant mundi habitabilis, cæteras autem partes ultra ostium Borysthenis & infra Meroën aut negabant ullibi existere, vel certè ab hominibus habitari non posse dicebant; partes qui-

dem Boreales ob intensum frigus; Australes verò ob æstum nimium, & intolerabiles calores. Porro qui hoc opinabantur, immò obstinatè defendebant, non erant rudes tantum, & homines indocti, sed sapientissimi quique, inter Philosophos quidem Plato & Aristoteles &c.; inter SS. Patres & Ecclesie Doctores Augustinus, Ambrosius, Basilus, qui solo ingenio ac ratione tot seculis eò penetrare non potuerunt, quod nobis tot navigationes & experientia unius seculi manifestavit, hodièque ostendit, plurima fieri posse, quæ antiquis impossibilia videbantur, videlicet dari Antipodes, qui obversis contra nos pedibus incedant; item zonam torridam non tantum esse habitabilem hodièque maximam partem habitari, sed etiam extra Meroën & ostia Borysthenis versum utrumque Polum Globum terraqueum habitari, ad Austrum quidem usque ad gradum 60. & ultra; ad Boream verò ultra 70. gr.

Atque hoc in causa est, quòd moderni Geographi abjecta antiquorum divisione Climates, utpote admodum erroneam, alias complures tradiderint, quas apud Ricciolum & alios Geographos reperies. Omnium facillima & obvia videtur, quæ singulis Climates singulos gradus Latitudinis attribuit, & cum ab Equatore ad utrumque Polum numerentur 90. gradus in Latitudinem, tot etiam numerabuntur Climates, & Paralleli sive Circuli Latitudinum. Unde si quæras, sub quo Climate sita sit urbs Monacensis? respondebitur, sub 48.; quia ad hunc locum ab Equatore numerantur tot gradus Latitudinis, cujus complementum, sive residuum ad unum Quadrantem, sive

gr.

§. 90. sunt gradus 42., quæ est altitudo Æquatoris sive distantia ejusdem loci à Polo mundi Arctico. Quærere igitur Clima alicuius loci, iuxta hanc divisionem, est quærere Latitudinem loci sive altitudinem Poli, cujus graduum numerus est ipse etiam numerus Climatis quæsitus. Porro cognita loci alicuius Latitudine, & Longitudine facile erit ejus conditionem, & habitudinem invenire. Illud præterea hic notandum, ab atmospheræ non minùs perturbari, ac commoveri h. minem, quam ipsum Globum terraqueum; nec minùs agitari & permisceri humores, atque cum primis sanguinem in humano corpore, quam Maria & Oceanum in orbe terraqueo: nihil enim adeò penetrat meatu quoscunque, & arctissimos recessus, quam atmospheræ. Hanc nos ipsi identidè intrahimus, & iterum respiramus; ab hac, si fervet, incalescimus; si friget, refrigeramur; si sicca est, arescimus; si humida, turgemus, & dilatamur. Hæc non est inutile consilium Medicorum, cum jubent ægros ab uno loco & Provincia transire in aliam, & hoc, solum aliquam mutationem atmospheræ subire. Atmospheræ namque alia est universalis, alia localis, & particularis: prior est, quæ ex utroque Polo affluit, & alterationibus universalibus per totam orbem terraqueum inservit, atque à nemine evitari potest. Posterior autem, quæ ex ipso loco & Regione nascitur, varia est. Si locus & terra habeat multum salis aut sulphuris, horum n. inerialium naturam assumit atmospheræ; item si locus peludosus est, & aquis sæcundus, auram humidam & crassam efficit; si lapidosum, ac sterile solum est, sic-

cam & subtilem reddit, nisi aliud quandoque ipse situs loco conferat. Igitur si morbido, & quidem sicco & attenuato malè est, nec medicamentum proficit in loco & aurâ sicca, atque subtili, non iniquè consulit Medicus aliam magis humidam & crassam, præsertim si in eiusmodi loco & aurâ natus est infirmus, aut multo illi tempore assuevit; sen iunt enim mirum in modum atmospheræ mutationem non tantum insecta, nimirum vermes, araneæ &c.; quæ tunc ex angulis & latebris prodeunt; polices ac muscæ, quæ tunc acrius sæviunt, ac pungunt; sed etiam animalium corpora, malè sana maximè & morbida, quandoque graviùs afficit auræ immutatio; ubi primùm enim atmospheræ ex sicca in humidam, & ex quieta in turbidam mutatur, illico humores sæculenti, acres, ac biliosissimi, priùs quieti & exsiccati, in humano corpore incipiunt humectari, atque diffuere, partèsque jam malè affectas, & quibus adhærebant, suâ acrimeniâ pungere & exacerbare. Ex resolutâ bile, & falso humore insuper torrentium more excrescit sanguis, turgescunt venæ, & nascuntur venti & flatus, qui ubi obstructos inveniunt meatas, faciunt impressiones ac dolores vehementes; atque hi ubi superveniunt corpori morbido & graviter afflicto, opprimunt spiritus, & in extremas angustias illud coniiciunt.

Neque ista humorum salforum resolutio inducta ab atmospheræ humida cuiquam peregrina videri debet in animalium corporibus, cum id in sale, nitro, aliisque materiis & mineralibus testetur quotidiana experientia; sal namque nitrum, saccharum, & ipse liquor biliosus ad au-

ram siccam indurefcit, in cella subterranea, & aurâ humidâ refolvitur, & liquefcit. Inde etiam venit, quòd, qui offa fregerunt, aut luxârunt, item qui nervos ac tendines graviùs offenderunt, illico in parte læfa ad mutationes atmosphæræ graves

fciant dolores: quia in parte læfa ex motu violento corrumpuntur fpiritus & humores, vel certè in partes & anguftias fibi adverfas coacti computrefcunt, nec facilè, nifi in ætate juvenili, confumuntur.

PROPOSITIO VII.

De incremento, ac decremento virtutis planetarum.

Aphorismus I. Crescit virtus planetæ, quando ad terræ centrum accedit: decrefcit, quâdo recedit. Ita in Figura I, Fol. C. C. cum Sole afcendente in fuo Excentrico ad punctû ϵ , omnes planetæ, Lunâ folùm exceptâ, aliquo modo affurgunt, & à terræ centro T. longiùs recedunt, fimilique modo cum Sole defcendente ex Apogeo ϵ . in ω . Excentrici Perigeum, ipfi quoque defcendunt, & propiùs ad terram accedunt. Cùm enim in fententia omnium ferè modernorum Aftronomorum Sol fit centrum reliquorum quinque planetarû, idcirco elevato, aut depreffo centro elevantur, ac deprimuntur in fuis Circulis etiâ cæteri planetæ. Præter hanc elevationẽ ac depreffionem, quam ex accelfu & recelfu Solis à centro terræ accipiunt reliqui quinque planetæ, alio fimili motu magis adhuc ad terram accedunt, atque ab eadem recedunt ope unius aut alterius Epicycli, in quibus identidem affurgendo ad Apogeam, rurfumque defcendendo ad Perigeum magis minùsve à terræ centro elongantur. Huius porrò Aphorifmi ratio eft, quòd univerfum principium agens eò fortiùs aut remiffiùs agat, quò magis minùsve paffo fuerit applicatum. Unde cùm aftra magis ad terræ centrum appro-

pinguando, continuò etiam magis magisque fubjecto applicentur; contrà verò quando ad Excentrici, aut Epicycli fui Apogeam afcendendo à terra recedunt, applicatio illa quoque paulatim deficiat, liquidum inde eft, virtutem & effcacia planetarum intendi cum ipfa eorundem ad terræ centrum appropinquatione, & cum recelfu deficere.

Aphorifmus II. Crescit virtus planetæ, quando planeta accedit ad loci dati verticem; decrefcit, quando recedit. Accedit autem planeta quotidie ad verticem in dato loco, poftquam Meridianum infra Horizontem fuperavit: & recedit, poftquam fupra Horizontem conftitutus ad loci Meridianum delatus eft. Senfibilior tamen eft hic accelfus, præfertim ægris ac morbidis, poft Ortum planetæ, & recelfus poft Occafum. Ante Ortum namque planeta agit radiis refractis; poft Ortum radiis etiam directis, & quantò altiùs ab Horizonte affurgit, tantò potentiùs agit: quia radiis directis tunc accedunt etiam radii è terra reflexi. Sic in Fig. I. Folij H. virtus Solis in Æquinoctio ex A. Orientis & affurgētis ufque in Q, hoc eft, Meridiem, femper crefcit; ut primùm verò punctum Q. & Circulum Meridianum Sol attingit, illico virtus illius ufque

usque in C
fcit. Mag
virtus, qua
manet Or
fimilique e
motu prop
fuperius,
netæ virtu
tid e de-leer
à Signo fup
gnum inf
gnorum co
hæc eft.

In zona
Ascenden
Descenden
In zona
Ascende
Descende
In zona
ab Equat
fus eft Sig
descenden
hæcenus d
planetis di
dum ferie
procedunt,
in M & C
in M & C
trogradi
tibus coru
è contrario
quia in his
verò descen
fui folet,
alcedunt ac

usque in Occasum se[m]per decre-
scit. Magis adhuc crescit planetæ
virtus, quando planeta motu com-
muni ex Ortu assurgit ad Meridiem,
simulque ex Signo cælesti inferiori
motu proprio progreditur ad Signum
superius. Et è contrario magis pla-
netæ virtus decrescit, quando à Me-
ridie descendit in Occasum, & simul
à Signo superiore progreditur ad Si-
gnum inferius. Ordo autem Si-
gnorum cælestium, & continua series
hæc est.

**In zona Boreali temperata,
ac frigida.**

Ascendentium. ♄, ♁, ♀, ♃, ♅, ♁.
Descendentium. ♁, ♁, ♁, ♁, ♁, ♁.

**In zona Australi temperata, ac
frigida.**

Ascendentium. ♁, ♁, ♁, ♁, ♁, ♁.
Descendentium. ♄, ♁, ♀, ♃, ♅, ♁.

In zona torrida pro diversa loci
ab Æquatore distantia etiam diver-
sus est Signorum ascendentium, aut
descendentium ordo. Sunt autem
hactenus dicta solum intelligenda de
planetis directis, hoc est, qui secun-
dum seriem & ordinem Signorum
procedunt, videlicet ex ♄ in ♁, ex
♁ in ♀ &c. item ex ♁ in ♁, ex ♁
in ♁ &c. At ubi planetæ sunt re-
trogradi, tunc in Signis ascenden-
tibus eorum virtus decrescit, crescit
è contrario in Signis descendentibus;
quia in his assurgunt planetæ, in illis
verò descendunt. Identidem autem
fieri solet, ut planetæ motu proprio
ascendant ad verticem dati loci, &

simul descendant motu communi à
vertice, & à Meridie in Occasum, &
è contrario, à vertice quidem motu
proprio recedant, accedant autem
motu communi ad Meridiem. Igi-
tur quando duo ejumodi motus di-
versi conveniunt, cæteris paribus il-
le prævalebit, qui celerior est, qua-
lis est motus communis ab Ortu in
Occasum.

Aphorismus III. Virtus plane-
tæ variatur per incrementum, ac de-
crementum luminis. Juxta ea, quæ
Prop. I. dicta sunt, planetæ omnes,
excepto Sole, mutant lumen suum;
jam enim pleni sunt, jam semipleni,
jam toto lumine orbat, intelligen-
do. secundum eam sui partem, qua
terram respiciunt; ex altera nam-
que parte, qua Solem intuentur, sem-
per sunt illuminati. Hoc autem lu-
minis incrementum virtutem non
minùs variat in reliquis planetis,
quàm in Luna, in qua luminis varia-
tio quantum valeat, non tantum in
plantis, in Mari, in atmosphæræ
alterationibus, sed etiam in anima-
libus, nemo prudens ignorat, aut
negat. Et ratio est hujus manifesta:
quia lux etiam reflexa, quam cæteri
planetæ à Sole accipiunt, & dispen-
sant, calorem producit, & intendit.
Unde licet natura & virtus Veneris
constet ex humido & frigido, si ta-
men Venus est plena lumine, tunc
calor nativum frigus illius multum
retundit, & attemperat, nec minùs
humorem illius, quàm in Lunæ, fæ-
cundiorum reddit. Hoc ipsum parè
ratione de alijs quoque planetis
proportionaliter est in-
telligendum.

PRO.

PROPOSITIO III.

De dominio, & regimine planetarum.

Aphorismus I. Planeta alicui Provincie, locove dominatur, quando supra illius Horizontem solus existit, ceteris planetis infra eundem Horizontem demersis: & tantò quidem potentius est illius dominium, quò magis directus, seu verticalis loco sive Provincie datæ planeta incumbit. Licet enim planetæ omnes etiam infra Horizontem positi quovis tempore agant in hæc sublunaria, tamen non agunt tunc radijs directis, sed tantum per refractos; unde dominium eo tempore illi tantum planetæ competit, qui solus agit per radios directos supra Horizontem positus, adeoque majorem virtutem ac potestatem in subiectam Regionem, locumque exercet. Dominium igitur, sive regimen planetarum merè physicum est, nullo autem modo politieum, prout Astrologi judiciarij sine fundamento sibi confingunt, atque delirant, illudque potissimum in majori virtute & applicatione consistit. Virtute autem ceteris paribus excellunt illi planetæ, qui activis pollent qualitatibus, quales sunt calor & frigus; magis autem applicati sunt dato loco, qui eidem magis verticales existunt: experienciâ namque constat, Solem eò fortius agere in zona nostra temperata, uti & in zona torrida, ac universo orbe terraqueo, quò propius ad verticem accedit. Exinde sequitur.

Aphorismus II. Inter plures planetas supra Horizontem existentes ille ceteris paribus præ alijs do-

minium obtinet, qui eidem loco magis est verticalis. Ratio patet ex dictis; quia planeta ceteris parib' hoc potentius agit, quò magis directi sunt illius radij, quibus agit in dato loco: hoc autem magis directi sunt illius radij, quò magis dato loco verticalis est planeta. Dixi tamen: ceteris paribus; quia magnitudo & vehementia, & minor à terra distantia planetam ceteroquin minùs verticalem potest reddere magis, aut æquè potentem, quàm alium magis verticalem.

Aphorismus III. Universum tamdiu planeta dominatur dato loco, quamdiu versatur in Signis altioribus, hoc est, dato loco magis verticalibus. Ita planetæ dominantur supra infraque Horizontem positi. Item plures planetæ dominantur eidem loco, licet unus obtineat prædominium. Non rarò etiam duo, aut plures planetæ, etsi virtute differant, attamen situ, & applicatione æquale dominium in dato loco obtinent.

Planetam igitur dominari est virtutem ac potentiam suam modo aliquo excellentiori in dato loco exercere, sive, est agere in hæc sublunaria non quocunque, sed meliori modo applicatum. Ita licet planeta in quocunque Signo cœlesti constitutus, si solus supra Horizontem existit, vel etiam inter plures supra eundem Horizontem positos magis verticalis eminent, reipsa verè dominetur, tamen non exercet dominium per Antonomasiâ, sive excellentiam

acce

acceptum
illud ferè in
ferè obtinet
altioribus,
constitutus
dem valet
hoc est, in
verticem a
planetæ do
gnis Boreal
S. Q. III
Signis prior
appropinq
fiunt Euro
juxta super
gisque int
tribus Sig
ab Europa
decrevit.
Habet c
necurum

Quis p
di

Hoc
12,
mensis Jan
spice Epher
ad horam e
planetarum
tore Signo,
27. grad. 34.
dem juxta si
descendent
gradum; a
reliquis om
tem; quia
gis inferior
deoque à ve
quis vero ne
toto reliquo

acceptum, per quale universaliter illud ferè intelligitur, quod planeta ferè obtinet in sex Signis dato loco altioribus, sive magis verticalibus constitutus, idque potissimum quidem valet in Signis ascendentibus, hoc est, in quibus planeta ad dati loci verticem accedit. Ita toti Europæ planetæ dominantur positi in sex Signis Borealibus, videlicet V, 8, II, 6, 9, III; magis tamen in tribus Signis prioribus; quia in his planetæ appropinquant, magisque verticales fiunt Europæ. Unde virtus eorum juxta superius dicta tunc magis, magisque intenditur. E contrario in tribus Signis posterioribus planetæ ab Europa recedunt, & virtus eorum decrefcit.

Habet quidem physicum hoc planetarum dominium similitudinem

aliquam cum dominio politico, quod subinde est penes unum, quandoque penes plures, sed nobiliores, quandoque etiam penes plebejos, & vulgares; inde est, quòd hunc dominantum modum politicum Astrologi judicarij cum dominio physico seu naturali perperam confuderint.

Unum hìc etiamnum moneo, videlicet cum de dominio planetarum fit mentio, aliquando intelligi unum ex toto numero septem planetarum, aliquando unum ex tribus tantum superioribus, nempe Saturnum, Jovem, vel Martem. Item dominium requiri aliquando pro anno integro, aliquando pro determinato mense, die, horâ, aut etiam horæ minuto. Nunc pro majori hætenus dictorum claritate unum, alterumve Exemplum tradamus.

EXEMPLUM I.

Quis potissimum planetarum omnium ad initium anni 1707. dominium in Europa sit obtenturus, demonstrare.

HOC ut comperias, ad horam 12., sive Meridiem diei primæ mensis Januarij anni dati 1707., inspice Ephemerides Astronomicas, & ad horam datam require, quisnam planetarum omnium consistat in altiore Signo, & reperies Saturnum in 27. grad. 34. min. 8., in Signo quidem juxta superius dicta ascendente, descendentem tamen, quia retrogradum; at hoc non obstante præ reliquis omnibus planetis dominantem; quia tunc reliqui omnes in Signis inferioribus sunt constituti, adeoque à vertice remotiores. Siquis verò requirat, quis planetarum toto reliquo mense Januarij, immo

toto anno dominium sit obtenturus, id simili modo procedendo de die in diem, & de mense in mensem Ephemerides consulendo reperiet hoc modo: 5 à die prima Januarij usque ad 14. ejusdem mensis dominium prolongat. Exinde verò inter planetas prædominium accipit J in 4. grad. 33. min. II existens, illudque tenet usque ad 19. Januarij, quo die Lunæ in dominio succedit ♀ in 27. gr. 12. min. 8 existens, illudque prosequitur usque ad 11. Februarij, ubi denuo Lunæ fasces restituit, non tamen diu retinendos; nam post triduum, nempe 14. Februarij eisdem repetit Mars, tenetque usque ad 11.

C c

Mar.

Martij, quō die eos denuo ad biduum Lunæ cedit. Die 13. Martij dominium resumit Mars, idque usque ad diem 19. Maij (biduo solū excepto, nempe 5. & 6. Maij, quibus illud Lunæ cedit) producit. Die 19. Maij Mars suo in annum hunc dominio finem imponit, idque Saturno concedit, quod usque ad 29. Maij retinet, ac tunc Soli per biduum committit. Huic ultimā Maij succedit Luna, quæ tamen mox, nempe 3. Junij fasces Soli restituit, ad 27. Junij retinendos, qua die illos occupat Mercurius, tenetque in quartam Julij, cum denuo imperium Soli cedere cogitur, qui tamen & ipse post 5. dies illud Veneri resignat. Hæc à D. 9. Julij usque ad 4. Augusti domi-

natur, fasces uno solū die, nempe 26. Julij Lunæ commissis. Denique à die 4. Augusti usque ad anni finem prædominium exercet Saturnus, totius anni dominus, pauculis tantū diebus, nempe 22. & 23. Augusti, 18. & 19. Septembris, 16. Octobris, 12. & 13. Novembris, 9. & 10. Decembris exceptis, quibus Lunam in partem regiminis admittit. Facto itaque computo Saturnus per dies 164. Mars 113., Sol 31., Venus 25., Mercurius 7., & Luna 25. dominantur, Jove per totum annum excluso. Dominium igitur anni 1707. penes Saturnum est, cui proximus succedit Mars, reliquis omnibus longissimo post se intervallo relictis.


EXEMPLUM II.

Quisnam ex tribus superioribus planetis per annum 1708. dominium sit habiturus, manifestare.

HOc ut tibi constet, ad annum datum 1708. Ephemerides Astronomicas modo jam dicto consule, & planetam, qui ex tribus superioribus hoc toto anno, aut potiore anni partem, sive etiam quolibet mense ac die dominium & regimen sit obtenturus, ex Signis, & eorum gradibus, ac minutis in tabulis Ephemeridum adnotatis labore non difficili comperies. Namque à primo die Januarij usque ad diem 13. Septembris Saturnus Imperio nunquam interrupto dominatur, quo tandem die Mars fasces occupat, sed brevissimos, utpote quos ipsi post 5. dierum dominium Saturnus iterum extorquet, & usque ad finem Decembris retinet, ac proinde to-

tius anni dominus est, Jove semper excluso, Marte solū ad 5. dierum imperium admissio.

Porro ut & ijs consulamus, qui ex sola inspectione Ephemeridum non possunt statim ferre iudicium, quisnam planetarum ex tribus superioribus (si de his tantū quæstio sit) vel etiam ex omnibus consistat in altiore Signo, adeoque dominium in dato loco, aut Regione obtineat, adjectam tabulam damus, quam ante oculos ponant, aut similem sibi in charta conscribant, per quam postea quæstio proposita ita dissolvi poterit. Quæritur ex. gr. quis ex tribus planetis superioribus 16. Aprilis anno 1707., quo die Luna deliquium patietur, prædominium in Europa sit



fit habiturus? Hoc ut compertum habeas, ad hanc diem quære locum Saturni ex Ephemeridibus, quem invenies existere in 1. gr. 57. min. Π .; hunc ergo locum in tabella consignabis ad idem Signum, eundemque gradum, nempe in puncto a. Rursus etiam locum Jovis pro eadem die ex Ephemeridibus excerptum, qui est 20. gr. 52. min. Ω , transfer in eandem tabellam usque in illud punctum, quod in ea respondet invento planetæ loco. Deniq; etiam locum Martis eodem modo excerpe, qui reperietur 5. gr. 35. min. \mathfrak{S} , eumq; similiter in tabellam translatum adnota in c. Pari ratione etiam procedendum foret cum reliquis planetis, si de omnibus quæstio proponeretur. Porrò his ita constitutis jam facillimum est cuilibet determinare, cui planetarum dominium competat; nam qui reliquis propior est initio \mathfrak{S} , sive lineæ e. d., penes illum est dominium. Unde cum in proposita quæstione punctum c., quod locum Martis denotat, ad dictam lineam propius accedat, quàm reliqua duo, ideo confectarium inde est, D. 16. Aprilis anni 1707. dominium penes Martem fore.

Aliter se res habet, si quæstio instituat, quis ad horam certam diei aut noctis planera dominio potiatur in loco designato; tunc enim duo motus planetarum concurrunt, videlicet proprius in Zodiaco, qui ex Ephemeridibus & tabellâ nuper propositâ resolvitur; & motus communis ab Ortum in Occasum, sive horarius, qui ex tabella resolvi non potest, sed vel ex Planisphærio cælesti, aut Globo, vel per Calculum trigonometricum inquiri debet, quis planeta;

rum ad datum tempus vertici sit proximus; qui enim supra Horizontem magis elevatus deprehenditur, is tunc præ alijs dominium tenet. Quod sicut in resolvendis quæstionibus supra propositis majori acribia uti placeat, is præter motum Longitudinis, ad quem solum nos hæcenus attendimus, etiam in planetarum Latitudinem inquirat, necesse est; fieri

enim potest, immo frequenter accidit, ut planeta, qui aliàs spectato solius Longitudinis motu magis ad initium ☿ accederet, tamen in Meridiano constitutus ob Latitudinem, quam habet Meridionalem, minus ad verticem accedat, quàm alius, qui ab initio ☿ magis quidem remotus Latitudinem tamen Borealem habet.

PROPOSITIO IX.

De mutuis planetarum aspectibus.

Vix alia est materia astrologica, quæ magis impugnatur, & ignorantibus superstitiosa creditur, quàm ista; quia Astrologi, ut solent in alijs etiam rebus quamplurimis, in ea proponenda, & explicanda utuntur vocabulis metaphoricis, & improprijs, scilicet *aspectus* & *obtusus*: quasi planetis inesset potentia videndi, & solo aspectu exoticas concitarent in rebus humanis actiones, & effectus mirabiles. Verùm hic aspectus planetarum non est proprius & viventium, sed certa quædam configuratio planetarum, & combinatio sive commixtio radiorum lucidorum, quorum adminiculo planetæ rebus sublunaribus applicant suam virtutem, & distribuunt nativas suas qualitates. Hoc autem, quo modo fiat, nunc paulo clariùs ante oculos ponamus.

Sit igitur in Figura II. Folij K. Globus terraqueus in a., & circa illum via, sive orbita lunaris c. f. i. m. Supra Lunam existat Sol itidem in suo Circulo, cujus portio est p. b. q., sitque in principio ☿ in b. His positis duodecim aspectus, sive appa-

rentias lunares paulo notiores hic enumerabimus.

I. Phasis, sive apparentia lunaris est in c. Sole consistente in b., diciturque Novilunium, sive duorù Luminarium Solis ac Lunæ conjunctio, aut copula hoc Signo ☿ exprimi solita, & tunc contingit, quando Sol & Luna respectu Globi terraquei in eadem linea Longitudinis, & eodem Signo cælesti concurrunt, & tunc Luna nobis est penitus invisæ. Dixi: in eadem linea Longitudinis: quia si Sol & Luna etiam concurrunt in eadem linea sive Circulo Latitudinis, quæ est ipsa Ecliptica, sive via Solis, tunc fit eclipsis Solis, major ea, vel minor, pro diverso nimirum spectatoris situ, & variâ Lunæ supra Horizontem elevatione.

II. Phasis sive aspectus Lunæ fit in d., quando Luna à Sole 30. gradibus, hoc est, uno Signo cælesti digressa est, adeoque Sole consistente in ☿ Luna consistit in ♋, quod ferè tertia die post Novilunium accidit, diciturque hic aspectus prima apparentia lunaris; quia eo tempore post lunationem apparet instar falcule tenuis cornutæ. III.

III. Luna jam
sive 60. gr.
sente de
seculis die
sis.

IV. A
naris con
ma quare
etiam Lun
bifecta,
dimidius
minatus.
signo ☐ e

& tunc ac
jam tribu
dibus ge
parte re

V. A
do Lunæ
dibus 12
tiam app
gonus,
tuz.

VI. A
Luna à S
gradibus
lucis incre
parentia I
ad Plenilu
amplius.

VII. A
tur Plenilu
ac Lunæ ho
tunc quide
Luna è duar
invicem, ad
midio Circ
nimirum S
hoc ipso, c
Luna occide

VII. A
& vocatur

III. Aspectus fit in e., quando Luna jam duobus Signis cælestibus, sive 60. gradibus à Sole in b. consistente deviavit; unde & primus sextilis dicitur hoc signo * expressus.

IV. Aspectus sive apparentia lunaris contingit in f., diciturque prima quarta, sive quadratura, vel etiam Luna dychotoma, hoc est bissecta, aut semisecta: quia tunc dimidius Lunæ discus apparet illuminatus. Hæc apparentia ejusmodi signo □ exprimitur ab Astronomis, & tunc accidit, quando Luna à Sole jam tribus Signis cælestibus, sive gradibus 90., hoc est, quartâ Circuli parte removetur.

V. Aspectus Lunæ fit in g., quando Luna jam quatuor Signis, sive gradibus 120. à Sole discessit: unde etiam appellatur aspectus primus trigonus, & hoc signo △ exprimitur.

VI. Aspectus est in h., quando Luna à Sole abest 5. Signis, sive gradibus 150., diciturque ultimum lucis incrementum: quia ab hac apparentia Luna crescit lumine usque ad Plenilunium, & deinceps non ampliùs.

VII. Aspectus est in i., & vocatur Plenilunium, sive oppositio Solis, ac Lunæ hoc signo ☉ expressa, & tunc quidem accidit, quando Sol & Luna è diametro, & rectâ opponuntur invicem, adeoque tunc ab invicem dimidio Circulo, sive gradibus 180., sex nimirum Signis cælestibus distant, & hoc ipso, quando Sol oritur, tunc Luna occidit, & vicissim.

VIII. Aspectus lunaris est in k., & vocatur primum decrementum:

quia tunc Luna distans à Sole 7. Signis, sive 210. gradibus à pleno lumine incipit paulatim deficere.

IX. Aspectus lunaris est in l., & appellatur trigonus secundus Lunæ decrescens; quia Sol in b. constitutus distat à Luna posita in g. quatuor Signis cælestibus, sive 120. gradibus, facitque primum trigonum Lunæ crescentis: unde rursus totidem gradibus, seu Signis Luna ex g. remota à Sole existente in b. facit trigonum aspectum secundum in l.: sunt enim arcus c. g., g. l., & l. c. æquales.

X. Aspectus fit in m., & vocatur ultima quarta, sive quadratura secunda Lunæ decrescens; quia Luna rursus à Sole remota est tribus Signis, sive 90. gradibus, seu quarta Circuli parte; iterumque notatur hoc signo □ ab Astronomis.

XI. Aspectus fit in n., vocaturque secundus sextilis Lunæ decrescens; quia Luna iterum à Sole b. distat duobus Signis, sive 60. Circuli gradibus.

XII. Aspectus fit in o., diciturque ultima apparentia Lunæ deficientis, ac contingit, quando Luna rursus à Sole distat gradibus 30. sive unico Signo. His duodecim aspectibus adjiciunt nonnulli alios adhuc minutiores: alij verò communiter quatuor tantum observant, videlicet conjunctionem, oppositionem, & utramque quadraturam. Porro de aspectibus non tantum lunaribus, sive Lunæ ad Solem, sed omnium etiam aliorum planetarum ad se invicem Astrologi judicarij ita pronuntiant: conjunctio planetæ boni cum bono est bona: boni cum malo mala,

& noxia : mali cum malo pessima.
 Aspectus sextilis semper bonus. Op-

positio & utraque quadratura semper mala.

PROPOSITIO X.

De planetarum aspectibus, eorúmque efficacia verior sensus
 experiéntiâ comprobatus.

Aphorismus I. Inter aspectus Lunæ ad Solem cum primis sunt notabiles conjunctio, oppositio, & duæ quadraturæ; de reliquis Lunæ aspectibus nulla est, aut vix ulla sensibilis experientia, quidquid demum dicant Astrologi judicarij. Rationem hujus aphorismi jam tradidi Propos. V. §. II. ex notabili incremento & decremento luminis, quod Luna in his quatuor aspectibus subit. Cur verò oppositio, & duæ quadraturæ reliquis aspectibus aliquibus dicantur magis noxiæ, causa videri potest, quòd in oppositione, immo aliquo modo etiam in quadraturis, radij solares adversentur, & resistant radijs lunaribus; & hac ratione unus radius impediatur alterum, quòd minùs possit subjecto constanter applicari: unde utriusque actio mutila evadit, & interrupta, quod passo ingratum accidit, & profus adversum. Similis ratio redditur de duabus quadraturis, in quibus radij solares aliqui directè, & ad perpendicularum impingunt in radios lunares, unde sese quodammodo è suo loco divertunt, & inefficaces reddunt. Aliter se res habet in reliquis aspectibus, in quibus radij lunares cum solaribus uniuntur, & in idem punctum, locumque sæpe coincidunt, nec se invicem impediunt, sed potiùs adjuvant, & mutuò attemperant.

Veruntamen valeat hæc ratio; quantum potest pro sectatoribus Astrologiæ judicariæ. Mihi nullam peculiarem & universalem malitiam 30. annorum spatio probavit oppositio, aut duæ quadraturæ lunares: sed mutationem duntaxat primarum qualitatum ut plurimum ex notabili incremento, aut decremento luminis proveniente, & corporibus sublunaribus per se nullatenus inimicam. In reliquis autem planetis utpote à terra longiùs remotis vix unquam notabilem deprehendi oppositionis, aut quadrati aspectus operationem iniquam: eò quòd horum planetarum influxus sit longè moderatior atque subtilior quàm Lunæ, & propterea multò insensibilior.

Aphorismus II. Inter aspectus Lunæ ad cæteros planetas ferè sola conjunctio sensibilis est, & magis quidem, si ejusmodi conjunctio in dato loco contingat planetis in eodem Circulo Longitudinis ac Latitudinis existentibus, hoc est, si Luna cum alio planeta in eadem linea perpendiculari ad datum locum concurrat, minùs verò, si in Latitudine differat. Ita habet experientia multorum annorum: & ratio est; quia, ut suprà ostendi, Luna utpote terræ proxima est receptaculum quoddam influxus, & radorum, quos à cæteris planetis emissos recipit ipsa, & nativa sua virtute fecundatos
 Globo

Globo terraqueo dispensat, atque impertit. Porro radios cæterorum planetarum Luna tantò commodiùs recipit, & loco datò copiosiùs distribuit, quantò directiùs ipsa cum aliò planeta dato loco incumbit: incumbit autem directiùs, quando unà cum planeta dato loco perpendiculariter inexistit.

Dixi tamen, conjunctionem Lunæ cum cæteris planetis ferè solam esse sensibilem, non autem alios aspectus. Nec tamen propterea inficior, Lunam in quocunque situ & aspectu ad reliquos planetas positam recipere ab iisdem planetis aliquid influxus, sed illum influxum non fieri admodum sensibilem, nisi post conjunctionem factam experientia ostendit: quia, ut dictum est, in conjunctione cæteri planetæ suam virtutem Lunæ ampliùs communicant, quàm in reliquis aspectibus, & proinde etiam Luna eandem copiosiùs ac sensibiliùs distribuit, & tunc quidem omnium copiosiùs, quando ejusmodi conjunctioni notabilis variatio luminis lunaris accedit, qualis ferè in quatuor lunationibus etiam vulgò notis contingit.

Aphorismus III. Effectus conjunctionis Lunæ cum cæteris planetis ferè talis est, qualem eorundem planetarum qualitates primæ elementares conjunctæ efficiunt; conjunctiones namque planetarum suo modo imitantur combinationes sive conjunctiones elementorum. Ut enim ignis igni conjunctus calorem, & aqua aquæ sociata humorem adauget &c: ita Mars Soli conjunctus calorem, & Venus Lunæ sociata humidum accrescere facit. Rursus sicut ignis & aqua conjuncti per

contrarias suas qualitates se mutuò resolvunt, & in vaporem transeunt: ita Mars & Luna conjuncti per contrarias suas qualitates non quidem se ipsos consumunt, sed atmosphæram orbi terraqueo circumfusam in vaporem aut pluvias disponunt, idque eò faciliùs ac potentiùs, quò viciniore alterutri mundi Polo coexistunt, & hydrophylacium versùs locum datum propellunt. Simili modo de aliis etiam planetarum conjunctionibus discurre.

Aphorismus IV. Effectus conjunctionis duorum aut plurium planetarum superiorum cæteris paribus sensibilius est, quàm inferiorum. Ita rursus habet experientia, & ratio est; quia planetarum superiorum motus est tardissimus, unde diutiùs simul consistunt, & vehementior exinde nascitur pugna atque conflictus, si planetæ sunt contrarij; si verò sunt amici, vis eorum est fortior, & motus atmosphære violentior. Dixi tamen: cæteris paribus, hoc est, si in eodem Signo celesti contingat conjunctio tam superiorum quàm inferiorum: ceteroquin fieri potest, ut conjunctio ex. gr. ♄. & ♃. facta in ♁. minorem effectum sortiatur in nostris partibus Borealibus, quàm conjunctio Lunæ & Veneris in Signo ♄. celebrata, propter meliorem applicationem, quam ad partes nostras habent Luna & Venus in Signo ♄., quàm Saturnus & Jupiter in Signo ♁. existentes.

Aphorismus V. Effectus conjunctionis duorum aut plurium planetarum maximè dato loco dominantium major, ac sensibilius est in Signis ad datum locum altioribus, quàm

quàm in depressioribus. Ita rursus docet experientia, & ratio patet ex alibi dictis: quia nimirum in Signis altioribus planetæ agunt radiis magis directis, quàm in Signis depressioribus.

Aphorismus VI. Conjunctio plurium planetarum, maximè superiorum, majorem impressionem efficit in sublunaribus quàm duorum tantùm itidem superiorum. Constat experientiâ; & ratio est, quia quò plures junguntur planetæ amici, hoc magis excrefcit eorum virtus: quò verò plures conveniunt contrarij, hòc major evadit eorum pugna atque conflictus.

Aphorismus VII. Conjunctio Mercurij cum Luna minimè omnium sensibilis est; quia omnium celerimè transit: motus namque horum planetarum est velocissimus, eorumque corpora etsi terræ vicina, tamen etiam reliquis planetis minorra sunt.

Aphorismus VII. Effectus conjunctionis planetarum in Signis superioribus citiùs notatur, quàm in inferioribus. Ita denuo experientia. Ratio est; quia commotio corporum sublunarium fit potissimum per motum & alterationem atmosphæræ, hæc autem tantò velociùs commovetur, quantò directiores dato loco sunt radij planetarij.

Aphorismus IX. Effectus conjunctionis sæpe differtur ad Lunationem subsequenter, quandoque anticipatur ab antecedente. Ita si præcedat conjunctio Lunæ cum Venere, & post unum alterumve diem sequatur Plenilunium, effectus potissimus conjunctionis ferè notabitur ipso die Plenilunij, aut tertiâ vel

quartâ die Plenilunium subsequente. Causa dilationis est; quia lumen & calor excrefcens quandoque retardat humidum emergens, & licèt Luna Soli sit opposita, tamen nobis necdum apparet lumine plena, nec Plenilunium perfectum, quod in cæteris etiam Lunationibus frequenter accidit propter Latitudinem, quam habet Luna. Causa anticipationis est; quia Luna tunc prægravata influxu in ipsa Lunatione effundit id, quod jam accepit ex vicino planeta, nec postea in ipso congressu tantum recipit, quantum ad novam alterationem sufficit.

Aphorismus X. Quævis conjunctio facit motum, & alterationem totius atmosphæræ mundanæ, majorem quidem, magisque sensibilem iis in locis, quibus planetæ conjuncti verticales sunt, atque directi, & insuper major est ad motum & alterationem atmosphæræ dispositio. Inde ferè minor est & rarior hæc atmosphæræ alteratio in zona torrida, ubi atmosphæra ob continuam Solis præsentiam in plerisque locis est valde attenuata, minùsque ad motum & alterationem disposita. Major & frequentior est atmosphæræ alteratio in utraque zona temperata, iis præsertim locis, quæ zonæ frigidæ viciniore sunt, jugis montium plena, & situ altiore collocata. Omnium verò maxima, & potissima atmosphæræ fit mutatio in zona frigida, & prope utrumque Polum; quia ibi vapores aquei & frigidi ex perpetua nive & glacie tanquam in asylo colliguntur, & asservantur. Sed, ut jam aliàs monui, motus & resolutio huius atmosphæræ polaris frigidæ & addensatæ

ma-

De planetar
major & frequ
pore, quo Sol,
di versantur in
ribus. Igitur
rum illorum
inest virtus &
& alterandi
rumque sen
quidem ipso
atmosphæra
accipit, maj
norem; pro
motum dispe
Germaniæ p
junctionis p
aliqua auræ
v. gr. cæli
contrahit;
tari incipit;
per miscet
hil remoti
bilumalic
ventus O
incipit, ac
causam mu
tur ipso die
moveri inc
tamen det
factæ alteræ
sibilis in su
junctio, citi
in minorve
petho, itez
loci datib u
Res utpote p
Figurâ magi
melliori tam
breviter hic
dentibus jam
lud esse att
nem, aliud alt
eum atmosph
loco in alter
trahitur, que

major & frequentior existit eo tempore, quo Sol, alique planetæ calidi versantur in Signis Polo vicinioribus. Igitur conjunctio planetarum illorum saltem, quibus major inest virtus & efficacia commovendi & alterandi atmosphæram, bis plerumque sensibilis evadit, primò quidem ipso die conjunctionis, quo atmosphæra impressionem aliquam accipit, majorem quidem, vel minorem, prout magis minusve ad motum disposita fuit. Ita in nostris Germaniæ partibus ipso die conjunctionis plerumque notatur levior aliqua auræ & atmosphære mutatio: v. gr. cælum antè serenum nubes contrahit; priùs quietum vento agitari incipit; priùs frigidum parumper mitescit; priùs pluvium non nihil remittit; priùs obscurum ac nubilum aliquousque sese aperit; cessat ventus Orientalis, & Occidentalis incipit, ac vicissim; aliæque similia causam mutationis indicantia. Igitur ipso die conjunctionis factæ commoveri incipit atmosphæra, necdum tamen defectu plenæ dispositionis factæ alteratur. Secundò magis sensibilis in suo effectu redditur conjunctio, citiùs vel tardiùs, prout major minorve est illius vis atque impressio, item quò major minorve est loci dati ab utroque Polo distantia. Res utpote peregrina, Exemplo & Figurâ magis elucidanda est. Pro meliori tamen intelligentia priùs breviter hîc repeto, quæ in præcedentibus jam insinuavi, videlicet aliud esse atmosphære commotionem, aliud alterationem. Movetur enim atmosphæra, quando ab uno loco in alterum propellitur, aut retrahitur, quod plerumque fit per ra-

refactionem, quandoque etiam per condensationem; atque hæc motiones nihil aliud sunt, quàm ipsi venti, qui, si veniunt à Meridie, dicuntur motiones sive venti Meridionales & Australes: si à Septentrione, dicuntur Septentrionales & Borei: si ab Ortu Solis, Orientales: si ab Occasu, Occidentales vocantur. Priores duas motiones efficiunt planetæ per motum suum proprium, quo perpetuò intra duos Tropicos moventur ab Austro in Boream & inde rursus ad Austrum: posteriores duas motiones itidem efficiunt planetæ motu suo communi & diurno ab Ortu in Occasum. Reliquæ atmosphære motiones intermediæ appellantur venti laterales & ex utroque planetarum motu nascuntur. Ambæ hæc motiones atmosphære sive venti sunt ordinarij & extraordinarij; ordinarij oriuntur ab ordinario planetarum motu communi & proprio; extraordinarij proveniunt ab eorundem planetarum conjunctionibus, notabili accessu & recessu à terra, motu directo & retrogrado, notabili luminis incremento & decremento; hæc enim singula toti atmosphære, cum primis verò circumpolari, quæ constat vaporibus humidis ac frigidis, per rarefactionem imprimunt motum aliquem & impulsum, vi cuius circumfertur in omnes orbis terræquei partes, & alterationibus inservit. Alteratio igitur atmosphære (quæ est quædam accidentalis illius mutatio secundùm primas qualitates) fit, quando atmosphære, hoc est, vaporibus & exhalationibus in dato loco consistentibus supervenit alia quædam combinatio vaporum & exhalationum, quæ unà cum prioribus

atmosphære aliam inducit figuram & formam accidentalem, v. gr. roris, pluviarum, nivis, grandinis, fulminis, nubium, nebularum &c., pro variatione ipsius loci, ac temporis; si enim atmosphæra in dato loco prius est sicca, & serena, hoc est, si constat ex multis exhalationibus siccis & calidis, paucis verò vaporibus, & postea aliunde superveniant vapores multi & temperati, & quidem sine impetu notabili, tunc addensabitur atmosphæra, & resolvetur in pluvias temperatas; in frigidas autem, immo & in nives, ac grandines, si veniant cum notabili motu & impetu. Et ita discurrendum est de aliis etiam atmosphære alterationibus, quæ plerumque, si longiores sint, succedunt ad præcedentem aliquem motum atmosphære circumpolaris. Unde venti, sive motus atmosphære non sunt ipsa alteratio, sed alterationi faciendæ materiam suppetunt, nempe exhalationes & vapores, qui posteriores habent multum de frigido, & humido, priores autem de calido & sicco, ex quorum varia combinatione variæ prodeunt atmosphære alterationes, ac formæ.

His prænotatis nunc atmosphære motum & alterationem in Exemplo ipso & Figurâ IV. Folij H. declarabimus. Sit igitur Globus terraqueus P. H. Q. O., & Polus quidem Arcticus sive Borealis in P. cum sua Atmosphæra circumpolari, sive zonâ frigidâ m. P. n. e. Polus Antarcticus sive Australis in Q. itidem cum sua atmosphæra circumpolari, sive zonâ frigidâ r. Q. p. n., eritque zona temperata Australis spatium literis d. e. p. r. contentum; Borealis verò n. a. l. m.

Zona autem torrida literis a. d. e. h. comprehensa. Sit quoque M. O. Circulus Latitudinis sive parallelus grad. 48., qualis ferè est Monachij, & in locis eidem Circulo subjectis. Præterea esto etiam Zodiacus cælestis repræsentatus per terrestrem V. K. n. G. cum sex Signis ascendentibus G. V. K., & sex descendentibus K. n. G. Sit autem D. 18. Junij Sol in 27. gr. Π . in C., Venus in 26. gr. γ . in Z., Mercurius in 10. gr. Π . in V., Saturnus in 29. gr. ♄ . in S., Jupiter autem cum Marte in principio Π ., hic quidem in B., alter verò in A., Luna denique in 20. gr. γ . in E. His ita constitutis sex planetæ eodem die (& multo jam tempore) appropinquant atmosphære Boreali circumpolari; unde jam pridem in motu fuit, adcoque & nunc; accedit autem & conjunctio Jovis & Martis in Signo Boreali superiori Π ., quæ superaddet notabilem impressionem ac motum atmosphære, qui ipsâ quidem die & horâ conjunctionis sentietur in toto orbe terraqueo, maximè quidem sub parallelo gradûs 20. ^{mi} hoc est, iis in locis, quibus Signum Π . directè incumbit; aliquantò minùs Monachij, hoc est, sub parallelo sive Circulo Latitudinis M. O. gr. 48., longè adhuc minùs in partibus à parallelo Π . remotioribus, omnium minimè in ipso Polo Antartico Q., præsertim cum Saturnus in S. constitutus atmosphæram ejusdem zonæ frigidæ nativâ suâ siccitate ac frigore multum adstringat, & rarefactionem impediatur; atque hæc prima commotio atmosphære facta à conjunctione planetarum per se plerumque diuturna non est.

Alter motus sive impressio longè
ma-

De planet
major, m
sphaera v
P. n. e. m. de
cis quidem P
horz notabi
hil distantib
dinis 70. in
40. &c. eti
bilis evader
est, fuit no
cis adhuc lo
motis etiam
prehendetu
a prævia co
inde ut plu
tio. Cum
pressio atm
factio & di
que vaporu
terraqueo e
mis verò v
rentium,
gari solet
unico mo
pellitur, e
hementius
conjunctio
tem, & ac
quibus acc
quo sideru
omnium po
Verum
tem planeta
utraque arr
Australis zo
tur, v. gr. i
conjunctio
pressionem
atmosphæram
solent in
de duplex c
dem contri
atmosphære
tem impetu

major, magisque diuturna atmosphaera vicinioris, nempe Borealis P. n. e. m. eadem die incipiet, & locis quidem Polo P. contiguus eadem hora notabitur; at in locis non nihil distantibus, v. gr. in gradu Latitudinis 70. intra 6. aut 7. horas; ad grad. 40. &c. etiam intra 24. horas sensibilis evadet, si conjunctio, ut dictum est, fuit notabilis. Denique in locis adhuc longius à Polo Boreali remotis etiam intra 5. aut 6. dies vix deprehendetur hic atmosphaerae motus à prava conjunctioe productus, & inde ut plurimum subsecuta alteratio. Cum enim hic motus sive impressio atmosphaerae sit mera rarefactio & dissipatio exhalationum, atque vaporum, toti quidem Globo terraqueo circumfusorum, cum primis verò utriusque Polo mundi inhaerentium, non nisi successivè propagari solet (quemadmodum Mare non unico momento, sed paulatim propellitur, & in fluctus attollitur) vehementius quidem iis locis, quibus conjunctio contingit supra Horizontem, & adhuc majori cum impetu, quibus accidit in ipso Meridiano, in quo siderum influxus tota die est omnium potentissimus.

Verum ad quamvis conjunctioem planetarum non una tantum, sed utraque atmosphaera circumpolaris Australis aequè ac Borealis movetur, v. gr. in Figura citata, posita conjunctio ♃. & ♄. motum & impressionem facit non tantum in atmosphaeram Borealem P. n. e. m., sed etiam in Australem r. Q. p. η. Unde duplex dabitur motus, & quidem contrarius: Australis quidem atmosphaerae debilior, Borealis autem impetuosior; quia nimirum in

atmosphaeram Borealem m. P. n. e. radios suos longè directius emittunt, adeoque & potentiùs agunt, quàm in atmosphaeram Australem r. Q. p. η. Igitur dum motus atmosphaerae Borealis m. P. n. e. à Polo Boreo fertur versùs Aequatorem, etiam atmosphaera Australis r. Q. p. η., licet motu lentiore, propellitur versùs eundem Aequatorem. Unde saepius contingit, ut invicem obviam fiant hae duae atmosphaerae, & una quidem longius provectora, atque post factam alterationem iam attenuata pergat in Austrum, altera verò etiamnum gravida, terraque vicinior tendat in Boream. Atque hic motus quandoque ad oculum patet ex nubibus; hae namque post factam atmosphaerae alterationem superstites motu planè contrario ab uno Polo ad alterum, vel ab Ortu in Occasum ferri videntur, graviores quidem & obscuriores terrae viciniores, rariores autem, magisque lucidae altiùs elevatae. Ex dictis

Consequitur primò, & experiētiā comprobatur, in partibus Borealis hoc tardiùs notari motum & alterationem atmosphaerae Australis, quò à Polo Australi magis remoti concurrunt planetae; & vicissim in partibus Australibus hoc tardiùs percipi motum atmosphaerae Borealis, quò magis à Polo Boreali remoti junguntur planetae.

Consequitur secundò, motum atmosphaerae Borealis, ejusque effectum in partibus Borealis esse longè sensibiliorem, si conjunctio fiat in Signis Borealis: è contrario motum atmosphaerae Australis in partibus itidem Australibus esse longè vehementiorè magisque notabilem, si conjunctio celebretur in Signis Australibus.

Consequitur tertio, atmosphæram ab Austro venientem in Hemisphærio Boreali esse magis calidam, quàm à Borea profluentem, & vicissim ventos & atmosphæram Borealem in Hemisphærio Australi. Ratio utriusque est; quia atmosphæra rarefacta, & ab uno Polo ad alterum reflexa necessariò per zonam torridam transit, & in eadem nonnihil incalescit, atque nativum frigus deperdit. At verò atmosphæra utriusque zonæ temperatæ à vicino Polo superveniens frigida est, & zonam temperatam sibi vicinam magis frigidam efficit.

Consequitur quarto, utramque atmosphæram circumpolarem eorum planetarum naturam assumere, à quibus diutius obsidetur, & afficitur. Ita à Saturno prope alterutrum Tropicum existente atmosphæra, quæ circa Polum eidem Tropicum vicinum est, à frigore Saturnino multum addensatur, & cùm illa ex vaporibus marinis & exhalationibus terrenis constet, denique computrescit, ut solet aqua, quæ sine motu est, & aura in cubiculis & locis subterraneis clausa: immo etiam in locis apertis diutius sine motu consistens. Huiusmodi ergo atmosphæra, quando subinde ab aliis planetis calidis conjunctis vehementius resolvitur, tunc malè afficit eas Regiones, ad quas defertur, & quandoque etiam luem pestiferam in pecora & homines inducit. Ejusmodi verò quies etiam in zona torrida, & iis in locis, ubi ventorum flatus ab ipsa terra & montium jugis impeditur, atmosphæram noxiam reddit. Certè atmosphæra Australis plerumque nobis Borealibus gravior accidit, &

corpora affligit; utpote à zona torrida & Africæ desertis afflata.

Verùm ne hæc dicta multis somnia videantur, & ex Lunæ concavo deprompta, experientiam in testem vocemus, quæ satis superque ostendet, hanc utriusque atmosphære circumpolaris resolutionem motumque utcumque conformari annuo motui, quo Sol identidem ab uno Tropico progreditur ad alterum. Quia tamen hic motus solaris in cælo quasi semper sibi similis est, non item motus & resolutio atmosphære in terra, ut docet experientia manifesta, signum est, alias etiam intervenire causas, à quibus hic atmosphære motus eodem tempore subinde intenditur, & remittitur, anticipatur, & retardatur: immo in diversis locis etiam diversus evenit.

Intensionem quidem ac remissionem, item anticipationem ac retardationem aliquam deprehendes ex interventu, varioque situ reliquorum planetarum tum ad se invicem, tum ad utramque atmosphæram circumpolarem, uti jam satis in præcedentibus declaravi. At verò variationem & diversitatem ejusdem motus ac resolutionis ex ipsius terræ Marisque positione & habitudine rectius concludes; adeò, ut hæc duæ causæ, nempe varia combinatio planetarum, & terræ ipsius habitudo in dato loco ad invicem collatæ utcumque liquidos reddant effectus sublunares modo hæcenus à nobis indicato, quos alterutro neglecto nunquam satis perspicies, nunquam rectè divinabis. In cælo animadvertenda sunt planetarum locus, situs ac constitutio ad quodvis tempus in dato loco, hoc est, in quo Signo cælesti

lesti morem
sine directione
loci dati verò
recedant; an
hoc, an à
verò ad illu
ni, an ve
supra, an
scant lumi
an habeant
ipsa Eclipti

Porro
nota esse de
data const
quis sit loci
qua parte
tes, aut vic
quod Flur
Polo, an
zona torrida
sine plac
montes p
bitata, m
vis aut lac
phure, a
ta &c. Ha
modum
sphære m
contrarias
rò montiu
quæ region
quant, aut
habet enim
ta cum Oce
à vento agi
propellunt
videlicet h
loc obstant
contrarias
tur, quoque
reprehens
lento motu
Simili fore
cui recta a

Iesti morentur planetæ singuli, an sint directi, an verò retrogradi; an ad loci dati verticem accedant, an verò recedant; an sint Apogei, an Perigei, hoc est, an à centro terræ recedant, an verò ad illud accedant; an sint diurni, an verò nocturni; an existant supra, an infra Horizontem; an crescant lumine, an verò decrescant; an habeant Latitudinem, an verò in ipsa Ecliptica procedant &c.

Porro etiam in terra utcumque nota esse debet Regionis ac Provinciæ datæ constitutio, cum primis verò quis sit loci situs ad 4. mundi plagas; ex qua parte sive plaga consistant montes, aut vicinum Mare, vel maius aliquod Flumen; sitne vicina alterutri Polo, an remota; adeoque sitne in zona torrida, temperata, an frigida; sitne plana, aut in valle, & intra montes posita; sitne terra culta & habitata, multis, an paucis irrigata rivis aut lacubus; sitne terra multo sulphure, aut aliis mineralibus imbuta &c. Hæc enim omnia mirum in modum variant ordinarios atmosphæræ motus, & in partes etiam contrarias divertunt; cum primis verò montium juga paulo altiora, & quæ regionem secundam aëris exæquant, aut ad eam propiùs accedunt; habet enim non modicam atmosphæra cum Oceano conformitatem, qui à vento agitur eousque viâ rectâ propellitur, donec in obstaculum, videlicet litus, aut rupes ac scopulos obstantes impingat; tunc enim in contrarias partes violenter reflectitur, eoque cursum dirigit, quò linea reflexionis aquarum impetum molèmq; inclinât, uti jam aliàs notavim⁹. Simili ferè modo atmosphæra tandem rectâ ab uno Polo ad alterum

provehitur, donec in montium juga & longiores alpium tractus impacta, & à via ordinaria distracta magno impetu viam, ductumque in greditur, quem valles & Flumina, præsertim majora, Sinusque Oceani aperiunt, maximè paulo longiores & angustiores, in quibus ventorum flatus & vehementia plerumque longiùs provehitur, & in partes mediterraneas usque propagatur.

Rem ipsam nunc exemplis & experientia confirmo tum propriâ, tum etiam alienâ, utpote quam viri peritissimi, & in orbe terraqueo diu multumque versati in literis ac libris posteritati notam contestatamque fecerunt. Ab Europa igitur exordium ducamus, & quidem ab ipsa Germania superiore, in qua experientia teste duo potissimum venti frequentiores, magisque diuturni notantur, videlicet Eurus, qui flat ab Ortù æstivo, & Zephyrus, qui prodit ab Occasu. Rarior est Auster, qui spirat à Meridie, & Boreas, qui à Septentrione. Eurus ut plurimum frigidus est, siccus ac serenus; quia ex Mari nigro secundum Danubij ripas intra duas alpes frigidas Germaniæ & Poloniæ per vastissimas terras, nullumque Mare longissimo tractu decurrit, & vapores sensim consumit. Zephyrus nobis turbidus ferè, impetuosus, ac pluvius est; quia ab Oceano Atlantico & vicino Mari Germanico per ingentes magnorum Galliæ & Germaniæ Fluminum tractus atmosphæram humidam aspirat. Auster nobis Germanis ut plurimum languet, utpote à tanto viæ spatio, quod à Polo Antartico per totam Africam in Germaniam usque conficit, & præcipuè ab objectis Germaniæ

niæ alpibus fractus & debilitatus: calet autem præ cæteris ventis; quia per zonam torridam, & vicinas Italiæ ac Græciæ Regiones calidas transit. Boreas denique furiosus est, & valde frigidus; quia ex vicino Polo Arctico nobis oriundus, rarior tamen est Germaniæ; quia flatus illius ab objectis altissimis Norwegiæ montibus ac sylvis in utramque partem distrahitur.

Venti Occidentales toto anno Germaniam per intervalla infestant; quia Ortum ducunt ab Oceano Occidentali, qui cæteris est magis inquietus, utpote utrique atmosphære Boreali & Australi pervius, ac perturbatus. Atmosphæra namque ab utroque Polo profluens cum primis alpium & montium jugis adhæret, & secundum eas progreditur. Orientales autem venti ut plurimum sub tempus vernum, & usque ad Solstitium æstivum frequentiores Germaniæ adspirant, quando nimirum ingentia Flumina Obij, Wolgæ, Tanais, Borysthenis &c.; vastissimæ item Poloniæ, Moscoviæ &c. paludes glaciem deponunt, & nives plurimas Sol altissimus in aquas & vapores resolvit: unde postea atmosphæra augetur, & suamet mole in omnem partem, potissimum tamen ab Ortu in Occasum à Sole & cæteris planetis impellitur.

Igitur Germani (pari ratione discurrendum est de reliquis orbis terræ habitatoribus) non suâ tantum fruuntur aurâ, hoc est, patriâ, sed variâ identidem, prout nimirum à diversis Regionibus, v. gr. ab Ortu ex Asia, ab Occasu ex America, ab Austro ex Africa, & à Septentrione ex Suecia, Norwegia, aliisque par-

tibus circumpolaribus adspirat. Multum quidem atmosphæra motu ac longiore fluxu, Solis item calore atteritur, & immutatur; ea tamen, quam viciniore Regiones suppetunt, naturam retinet, & magis integra communicatur. Salubrior quidem accidit Orientalis aura; quia per terras vastissimas decurrens partes crassiores, magisque noxias sensim perdit, & proinde purior evadit. Ab Occasu & vicino Occidentali Oceano affluens humida magis & turbida obvenit aura; at quæ à vicino Boreali Polo Germanis adspirat, ob excessivum frigus, & crassiores vapores magis noxia apparet atmosphæra. Non minus ingrata & insalubris solet accidere Germanis Australis aura, præsertim æstivo tempore, quando per vapores calidos, quos ex vicino Mari mediterraneo secum advehit, humana corpora graviter afficit, & spiritus vitales sua gravedine opprimit.

Longè alios atmosphære motus experiuntur Itali extra montes & alpes Germaniæ ad Austrum positi; his etenim ipsæmet alpes pro muro sunt, quæ ventos Boreales infringunt, & atmosphæram detinent; unde nec frigoris excessum in hyeme sentiunt, quem vicini experiuntur Germani intra & extra alpes ad Boream positi. E contrario Australem auram calidissimam & gravissimam patiuntur Itali, æstivo præsertim tempore, & tunc maxime, quâdo mense Julio & Augusto Sole ad Austrum revertente paulatim incipit ad nostrum Hemisphærium Australis atmosphæra reflecti, quæ tamen tempore hyemali, quando jam vehementius solet commoveri, per Sinum Adriaticum, quasi ab Ortu ir-

rum

De planeta
rumpens inter
sæpe tempore
copiosis pluvi
Ingenter
Regionum &
ga montium
re interval
tempore, e
& intra alpe
ves, in vic
calum, &
que nive &
hendes; di
flant venti
tes, in vic
les desaviu
adspirant.
Res e
Varenio cre
In quibusda
Regionibus
tum trad
calum, u
gariz, sed
procurrunt
& auræ di
Africa na
ariis restat
tima Ori
que, Quil
facet cum F
Congo, A
ejusdem Afr
frequentes
hyems à Ma
lij, quo re
revertente
similis cen
ad februari
culi magn
viam terè
ro Africa L
gis Austral
lem nemp

rumpens interiora Lombardiæ longo sæpe tempore, magnoque furore, & copiosis pluviis solet inundare.

Ingentem igitur variationem & Regionum & incolarum inducunt juga montium etiam ad modicum terræ intervallum: eodem namque tempore, dum aura riget in Tyroli, & intra alpes densissimæ cadunt nives, in vicino Veronensi agro mite cælum, & autumnalem auram absque nive & notabili frigore deprehendes; dùmque Lombardiam perfiant venti Orientales, utcunque mites, in vicina Germania Occidentales desæviunt, & longè frigidissimi adspirant.

Res exotica, & cuius causa, si Vareniò credimus, inexplicabilis est. In quibusdam nempe Africæ & Asiæ Regionibus, paulo longiores montium tractus, qui non ab Ortu in Occasum, ut Alpes Germaniæ & Hungariæ, sed à Septentrione in Austrum procurrun, mirabilem temporum & auræ differentiam inducunt. In Africa namque (ut passim in suis diariis testantur Navarchi) ora maritima Orientalis Sofalæ, Mozambique, Quiloæ &c. in eodem Climate jacet cum Regionibus Occidentalibus Congo, Manicongo, Angolæ &c. ejusdem Africæ, & tamen his pluvie frequentes sunt, & quodammodo hyems à Martio usque ad finem Julij, quo tempore Sole ad Austrum revertente cessant pluvie; illis verò similis tempestas à Septembri usque ad Februarium est, cuius differentie causa magna utique sunt montes, qui totam ferè Africam, cum primis verò Africæ Linguam, sive partem magis Australem in duas partes Orientalem nempe & Occidentalem distin-

guunt; at non soli effectum hunc producant, sed ad eundem quoque concurrat annuus atmosphære motus, qui qua parte liberiùs spirat, ad eam quoque defert atmosphæram Polarem, & vapores alterationibus opportunos. Cùm igitur à mense Martio usque ad Augustum Sol vicinus atmosphæram Borealem vehementiùs commoveat, eaque à Polo Arctico reflexa liberè profluat per Mare Occidentale versùs Mare Æthiopicum, & ad partes Africæ ad Occasum positas, mirum non est, quòd alterationes & pluvie tunc ad eas partes sint frequentes, & propè quotidianæ. At quòd easdem alterationes tunc non experiantur etiam partes Orientales, altissimis montium jugis haud immeritò adscribitur, quæ potissimum atmosphære fluxum ad plagam Occidentalem retinent, eâ planè ratione, qua solent alpes Germaniæ potissimum utriusque atmosphære fluxum continere, ut modò ostensum est.

Quòd verò à mense Septembri usque ad Februarium ex hac ipsa parte Occidentali æstus sit & tempus serenum, inde venit; quia tunc Sole ad Austrum revertente cessat fluxus atmosphære Borealis, & vicissim Australis incipit, qui lateri Orientali Africæ adèdè vehementer incumbit, ut naves, quæ ante initium Augusti Caput Bonæ Spei non præterierunt, deinceps Canalem, qui est inter Orientalem Africæ oram, & Insulam S. Laurentij, eo anno sine manifesto periculo transire haud ampliùs possint. Cur verò hæc atmosphæra Australis tantopere in partem Orientalem desæviat, partem verò Occidentalem Africæ utcunque im-

mu-

munem relinquat, aliunde defumi vix potest, quàm quòd terra Australis (terra del Fuego) etiamnum incognita, & eminus tantùm ex ignibus accensis versùs Americam Australem à nautis observata hunc fluxum ad illud Africæ latus Occidentale tunc impediatur, non autem ad alterum.

Hactenus dicta confirmantur alia simili quadam experienciâ contestatissimâ. Indiæ Orientalis Lingua sive Peninsula, quæ inter duo flumina Indum & Gangem in Mare Indicum porrigitur, in duas partes longissimo tractu dividitur à monte Gate, in cuius parte Occidentali, quæ Malabar dicitur, pluvix eodem tempore accidunt, quo accidunt in ora Africæ Occidentali, nimirum à mense Martio usque in Julium, dum interim ex altera parte dicta Coromandel est aura serena, & æstus. Vicissim dum pluvix sunt in parte Orientali, aër ut plurimum serenus est, & æstas in parte Occidentali; exceptis tantùm duobus mensibus; Julio & Augusto, in quibus ferè in utraque ora sunt pluvix ac tempestates. Utraque Regio, Malabar & Coromandel, sub eodem Climate est posita, & alicubi ultra 20. milliaria ab invicem vix remota, & nihilominus utriusque tempestates, & alterationes adeò sunt diversæ; cuius differentiæ causa ex integro reddi non potest, nisi à fluxu utriusque atmosphære, qui à mense Martio usque in Julium à Polo Boreali contra oram Occidentalem, sive Malabaricam reflectitur, & ab altissimis montis Gate jugis in eadem ora continetur, donec à mense Julio & Augusto usque in Februarium Sol à Polo Arctico ad Antarci-

cum regressus atmosphæram Australem in Sinum Gangeticum, ipsamque oram Orientalem Coromandelis, unaque alterationes ac tempestates reducat. Cur verò eandem atmosphæram Australem non etiam in partem Malabaricam & Occidentalem idem motus impellat, aliam rursus causam non reperies, quàm Insularum Maldivarum ingentem cumulum (undecim millia facile ex æquare dicuntur) oræ Malabaricæ objectum, quæ ut Maris motum teste experienciâ, ita & atmosphære fluxum aliò divertunt. Alia nihilominus difficultas & quæstio restat, cur mense Julio & Augusto pluvix & tempestates utrique Regioni, Malabar & Coromandel sint communes? Ad quam respondeo, causam esse; quia circa 21. Julij Sole à Tropico \mathcal{S} . redeunte ad Tropicum \mathcal{P} . utraque atmosphæra commovetur, Borealis quidem propter Solis viciniam vehementius, Australis verò propter ejusdem Solis accessum paulo mitius: atque hic utriusque atmosphære motus tamdiu sensibilis est utrique Regioni dictæ, donec Sol à Tropico \mathcal{S} . sub finem Augusti ex \mathcal{M} . paulatim revertatur ad Æquatorem; tunc enim motus atmosphære Borealis sensim remittit, Australis verò vehementius urget, & tandem vincit.

2. Jam suprâ insinuavimus, Mare vix alibi magis turbidum, magisque navigantibus infestum esse, quàm prope Æquatorem Africam inter & Americam: quia utraque atmosphæra Borealis & Australis ibidem liberè concurrunt, & ad utriusque litora variè refracta Mare in gyros ac vortices circumagit; unde navigantibus inibi tot pericula & funesti casus accidunt.

De planeta
dunt. Sed
cul inde ad
giffimus terra
quator vicin
Cap. Palma
rorum, sive
tiro terè a
cia; quia n
motum at
bent, Au
flunt; unde
hæret inib
ta subitane
Enephia,
mentibus A
venire sole
riculo alio
3. C
dit navigat
hoc etenim
periculo e
intra du
ad Insula
quæ / ne
dem vene
d. lices Eur
nif ex tali
utriusque
da. Mar
utrique at
là profus
tar) major
tum: unde
libere spirat
miphærio A
& ferè con
stralis mon
quies Per
no navigat
tine redeu
dunt Her
quo spe ver
Boreali
les è Phil

dunt. Sed, quod mireris, non procul inde ad oram Guineæ, quæ est longissimus terræ Marisque tractus Æquatori vicinus à promontorio sive Cap. Palmarum usque ad promontorium, sive Cap. Lopi Gonzalez toto ferè anno periculosa est malacia; quia montes & Guineæ litora motum atmosphæræ Borealis cohibent, Australis verò impetum sistunt; unde naves è delatæ tamdiu hærare inibi coguntur, donec exorta subitanea tempesta eum Prestere, Ecnephia, aut Typhone (quod ferè mensibus Aprili, Majo, & Junio evenire solet) non absque summo periculo aliorsum eas transferat.

3. Contrarium prorsus accidit navigantibus Mare pacificum. In hoc etenim nautæ securi & absque periculo è Peruvio & portu Limensi intra duos menses navigant usque ad Insulas Marianas, ac Philippinas, quæ sunt in Mari Orientali, & quidem vento quasi semper eodem, videlicet Euro-Austro. Causa iterum non nisi ex tali situ terræ, Marisque, & fluxu utriusque atmosphæræ est desumenda. Mare namque Pacificum est utrique atmosphæræ pervium, & nullâ prorsus (quantum hætenus constat) majori terræ portione impeditum: unde ventus generalis ex Ortu liberè spirat in Occasum, cui in Hemisphærio Australi se jungit ventus & ferè continuus atmosphæræ Australis motus, quo nautæ utuntur, qui ex Peruvio per Insulas Salomonis navigant ad Philippinas: qui verò inde redeunt ad Peruvium, ingrediuntur Hemisphærium Boreale, in quo ope venti & motus atmosphæræ Borealis non nisi intra quatuor menses è Philippinis in Peruvium re-

vertuntur, itinere duplo majore; quia ventus Borealis, quo ferè utuntur nautæ in reditu, ob resistantiam venti Orientalis minùs validus est, & navigationem retardat.

4. Motum utriusque atmosphæræ satis etiam manifestant navigationes, quæ ex Europa in Indias Occidentales, sive Americam instituuntur. Gadibus namque vel Hispali ut plurimum in Americam Borealem navigant Hispani tempore verno, Sole suo accessu atmosphæram Borealem commovente: descendunt autem naves ad Tropicum usque \mathcal{E} ., ubi ventus Orientalis Boreali conjunctus iter in novam Hispaniam navigantibus satis expeditum reddit, duorum nempe, aut trium mensium. Inde verò in Hispaniam redeunt naves ut plurimum ad Borealis Americæ litora, & grad. 30. accedentes, ut evitent ventos Orientales sibi tunc contrarios, & vicissim captent ventos laterales Zephyro-Boreales & Australes, qui utrique sub mensem Julium & Augustum &c. flantes ventum unum Occidentalem constituunt, cujus ope navigationem suam intra duos aut tres menses nautæ absolvunt, & ex America in Hispaniam redeunt.

5. In ora maritima Peruvij toto ferè anno nullæ sunt pluvie, sed earum loco ros decidit, qui terram irrigat, & mirè fecundat. Interim in locis montanis & mediterraneo Peruvij certo tempore sunt pluvie, nives & frigus satis magnum, præsertim in agro urbis Cusco, item in Pastoa, Provincia Popaiana, & ad argenti fodinas Potosi ad 4. milliaria in circuitu nihil admodum crescit propter frigus & auræ rigorem. In Ægypto quoque raræ admodum toto anno

Ee

sunt

sunt pluviae, quarum vices supplet inundatio Nili, qui circa 17. Junij incipit crescere, & per dies 40., videlicet ad 27. Julij crescit, & rursus per alios 40. dies usque ad 6. circiter diem Septembris decrescit. Quod in Ægypto toto anno non cadant pluviae, adeò mirum non est; quia Ægyptus sat ampla est planities, & ad Ortum & Occasum montibus clausa, secundum quas utriusque atmosphaerae fluxus à Borea ad Austrum, & hinc ad Boream descendit, intacto interiori plano. Simile quid obtingit orae maritimae Peruvij, & multis aliis terrae partibus praesertim ad Mare positis, ubi venti & motus aurae è Mari perpetuò adspirantes prohibent atmosphaerae densioris fluxum montibus inhaerentem, ne suas alterationes ad planum usque extendat, quas montibus liberaliter indulget. Causam allatam satis confirmat experientia quotidiana in nostris etiam Germaniae partibus, ubi frequenter in montibus & alpebus nives cadunt, & tempestates deserviunt, dum interrim in plano caelum apertum est, & mitior aura spirat. Contrarium quoque, sed rarius, accidit, ut intra montes & in vallibus magis angustis pluviae decidant, & tempestates urgeant, dum interim juga montium aperta sunt, & Solem sine nube participant.

Major videtur esse difficultas, quo modo fiat, & unde proveniat annua Nili inundatio, immo & multorum etiam aliorum Fluminum, videlicet Nigri, & Zaire in Africa; Euphratis, Indi, Gangis & Fluminis Crocei in Asia; Paranae & Paraguay in America &c. Verum si res penitus consideretur, alia rursus hujus inun-

dationis causa non est, quam certus montium situs, & motus atmosphaerae circumpolaris, quae ubi longius provehitur, illico montium jugis inhaeret, & secundum longiores eorum tractus promota in zona quidem frigida in nives, in zona autem torrida à caloris excessu in pluvias resolvitur, quarum pars potior per montium angustias in valles defluit, & torrentes primò efficit, qui postea in majora & capaciora Flumina sese tamdiu exonerant, donec horum alvei tandem à continuo aquarum affluxu redundant, & terras camposque vicinos impleant. Porrò tempus huius inundationis in tribus Africae Fluminibus, Nilo, Nigro & Zaire quot annis contingit ferè circa 17. Junij, pluviae autem iisdem in locis incipiunt mense Martio, quo tempore Sol transito Æquatore jam propius ad Polum Arcticum accessit, & atmosphaeram circumpolarem fortius commovendo versùs zonam torridam retrò impulit, & ibidem in pluvias resolvit. Ubi primùm autem circa initium Julij Sol à Polo Arctico versùs Antarcticum nonnihil regressus est, etiam motus atmosphaerae Borealis imminui, pluviae decrescere, ipsaque inundatio Fluminum sensim deficere incipit, adeò, ut circa finem Septembris, quo Sol rursus Æquatorem transit, & Hemisphaerium Boreale reliquit, dicta tria Flumina intra suum alveum redeant. Eodem ferè tempore, & ob eandem prorsus causam exundant aliquot etiam praecipua Asiae Flumina, cum primis verò Euphrates, Indus, & Ganges, & ingentes duo Americae Fluvii Parana, & Paraguay, quod est Flumen Argenteum (de aliis namque mi-

De planeta
minibus,
tribus non san
inundatione
tam grande ne
antiquas oliu
ficiens orbis
huc defluit,
navigationes
hilominus ad
tas, & dubium
cur videlicet
S. ad Æquat
redeunte co
atmosphæra
motus ac B
mosphæra
Fluminum
nempe atr
hanc difficu
sphæram At
moveri Sole
transitum
Borealem
sphæricum
atmosphæ
ses sequi pl
tima, ut
allata con
discrimine
in Hemisph
cedant in p
a Sole tran
baltrale ple
nentali
eà, cui plu
motu amo
inundatio
pluviae, q
mosphærae
ut respo
est primo
que hinc
quos am
& ad lacum

minoribus, immo & aliquot majoribus non satis liquet adhuc) ut adeò inundationis dictorum Fluminum tam grande non sit mysterium, quàm antiquitas olim existimavit, cui sufficiens orbis terrarum cognitio adhuc defuit, quam tamen nobis tot navigationes sensim aperuerunt. Nihilominus adhuc una restat difficultas, & dubium non contemnendum, cur videlicet (cum Sole à Tropico ☉. ad Æquatorem & versùs Austrum redeunte commoveatur non minùs atmosphæra Australis ac Borealis) motus ac fluxus hujus, nempe atmosphære Borealis, inundationem Fluminum efficiat, non item illius, nempe atmosphære Australis? Ad hanc difficultatem respondeo, atmosphæram Australem non minùs commoveri Sole ad Hemisphæriũ Australe transeunte, quàm atmosphæram Borealem Sole subintrante Hemisphærium Boreale; item ad utriusque atmosphære motum per aliquot menses sequi pluvias in ora Africæ maritima, uti experientiâ paulo antè allatâ contestatum est, hoc tantùm discrimine, quòd Sole morante in Hemisphærio Boreali pluvix succedant in parte Occidentali Africæ, at Sole transeunte in Hemisphærium Australe pluvix decidant in parte Orientali. Sola nunc ergo quæstio est, cur pluvix, quæ procedunt ex motu atmosphære Borealis efficiant inundationem Fluminum, non item pluvix, quæ nascuntur ex motu atmosphære Australis? Ad hoc igitur respondeo: causa potest esse primò situs montium utriusque Atlantis minoris & majoris, in quibus atmosphæra Borealis recipitur, & ad lacum Garde, Borneo, & Nigrum,

unde Fluvius Niger evolvitur, item ad lacum Zaire, & Zaffon, unde Nilus & Zaire Fluvius originem ducunt, rectà descendit, & montes vastissimos ac altissimos implet, atque materiam copiosam inundationi tot Fluminum suppetit. E contrario atmosphæra Australis Sole ad Australe Hemisphærium digresso, à ventis Austro-Zephyris, qui circa promontorium Bonæ Spei toto anno, cum primis verò mensibus hybernis grassantur, mirum in modum per apertum inibi Mare distrahitur, & ad partes Orientales ut plurimum teste experientiâ detorquetur, atque secundùm Africæ litora præsertim Orientalia versùs Boream rapitur. Eapropter atmosphæra Australis à fontibus Nigri, & Zaire hoc tempore recedit potius quàm accedat, unde tunc inundationem non efficit. Quòd verò natura unam tantùm majorum horum Fluminum inundationem, & quidem Sole in Hemisphærio Boreali commorante, toto anno destinaverit, exinde etiam desumitur, quòd quatuor partes majores orbis terræquei, videlicet Europam, Asiam, Africam, & Americam versùs Boream latiores & capaciores formaverit, at versùs Austrum tenuiores reddiderit, & in unum aut plures quasi conos ac cuspides acuerit; qua ratione uti montes & terræ spatium, ita pluvias imminuit, & ad oras tantùm maritimas detorsit, quòd utique non casu, sed multiplici ex causa, ac fine, ut solet in omnibus, natura constituit. Certè si Africa (eadem est ratio in cæteris partibus) in parte Australi æquè lata & ampla fuisset, quàm in parte Boreali, non minùs in illa, quàm in hac potuissent

aquæ & pluvix ex copioso atmosphæaræ affluxu multiplicari, & ad inundationem usque eorundem Fluminum crescere, & augeri. Hæc autem ut percipias facilius, Chartam Geographicam inspice, & partium orbis terræquei situm formamque expende.

6. Hallucinati sunt Philosophi antiqui, immo & cum Divo Augustino SS. Patrum plures, opinantes non dari Antipodas, hoc est, tales orbis terræquei incolas, qui in duabus oppositis terræ partibus ad perpendicularium consistant; item nec zonam torridam, nec frigidam esse habitabilem. Utrosque hodie experientia confutat. Quoad primum quidem res in Charta Geographica universalis, & adhuc clarius in artificiali Globo ad oculum ostenditur. Nam in eo Gradus Longitudinis 130. & Latitudinis Borealis 10. (cui subest pars Regni Siam cultissimi, quod situm est in India extra Gangem posita) est perfectè oppositus gradui Longitudinis 310. & Latitudinis Australis 10., quibus subest pars Peruvij Regionis itidem cultissimæ, in America Australi positæ, Regi Catholico subiectæ, & à Christianis habitatæ. Item gradus Longitudinis 130., & gradus Latit. Bor. 20., cui subest Regnum Tunquin itidem Indix extra Gangem positæ, perfectè opponitur gradui Longitudinis 310. & gradui Latitud. Austr. 20., cui subjacet pars altera Peruvij. Rursus gradui Longitudinis 130., & Latit. Bor. 30., cui subest pars Imperij Chinesis, perfectè opponitur gradui Longitudinis 310. & Latit. Austr. 30., cui subjacet Chile itidem nobilissima Americæ Australis Regio, Hispano Regi subdita.

Denique grad. Longit. 150. & Latit. Bor. 30., cui subjacent insulæ Japonicæ, perfectè opponitur gradui 330. Longit., & grad. 30. Latit. Austr., cui subest pars Paraquariæ, quæ est vastissima, & modò satis exulta, & à Christianis habitata Americæ Australis Regio, Hispano Regi subiecta.

Sed & altera pars, ut dixi, perperam negata est ab antiquis; quia hoc & priori seculo per navigationes detectæ sunt Regiones nobilissimæ sub zona torrida sitæ, & modò etiam à Christianis innumeris habitatæ. Hujusmodi sunt primò in America Boreali Mexicum, sive Nova Hispania, cujus tanta est amœnitas, ut toto ferè anno verno gaudeat tempore: cujus tanta est fecunditas, ut in orbe terræqueo vix uberiora magisque pingua reperiantur pecori alendo pascua; inde non pauci ibidem morantur Hispani, qui 40. millia boum, & longè majorem ovium, aliorumque animalium gregem recensent. Porrò auræ temperies ac fecunditas magnam partem inde nascitur; quia Regio utrinque ad Ortum & Occasum vicinum habet Mare, & auram exinde humidam ac mobilem ob ventos generales, exclusis ut plurimum vehementioribus utriusque atmosphæaræ motibus. Accedit, quòd ipsa terra sit non nihil altior, & secundæ regioni aëris aliquantò vicinior. Secundò in America Australi est Peruvium, & Brasilia, utraque Regio amœnissima, ac temperatissima iis saltem locis, quæ Mari adjacent, ob dictas modò causas. In mediterraneis alicubi major est æstus, alibi etiam frigus notabile, & in montibus altissimis toto anno nives con-

conspicua, quæ auram non minùs quàm in nostris Europæ partibus attemperant, & anni vicissitudines inducunt. Tertio Africæ pars potissima zonæ torridæ subjecta est, & tamen, quantum hodiè que constat, ubique habitata. Minùs quidem culta est, quàm cæteræ orbis terræ quei partes; quia & ipsi indigenæ Barbari sunt, & ut plurimum minùs exculti, Ethnici, & superstitiosi. Quarto utraque India, nempe quæ est intra & extra Gangem Fluvium, nobilissima terræ portio est, jam olim satis culta & habitata, at hodie à Christianis longè cultior evasit. Quinto Insulæ quoque propemodum innumeræ zonæ torridæ subjacent, & ipsæ pleræque cultæ, & ab indigenis & Christianis habitatæ.

Porro non tantùm torrida, sed pluribus in locis etiam zona frigida habitabilis est, immo jam olim, hodiè que habitatur. Ejusmodi sunt pars Borealis Norwegiæ, ubi sunt Castellum Wardhuys, oppidum Kola &c.; pars item Albæ Russiæ, Tartariæ Borealis, & Insula Islandiæ ferè tota, item Grœnlandiæ saltem ora maritima Australis, quæ olim multos Christianos Catholicos, & Episcopos habuit. His enim in partibus, etsi frigus sit sævissimum, atque diurnum, nihilominus tamen, ubi ventis & atmosphæræ Australi utcunque patet accessus, aura mitior evadit, & terra fit habitabilis. Cuius rei argumentum & ratio sumitur ex Insulis Britanicis; Anglia namque, licet utcunque Polo Arctico vicina, immo propior existat, quàm alicubi Germania, auram tamen habet magis temperatam, & terram magis frugiferam, quàm multis in locis Ger-

mania: cuius hæc potissimum causa est; quia ventis Australibus perpetuò exposita est Anglia. E contrario longè magis riget Scotia, utut illi proxima; quia ventis Borealibus obversa est, & atmosphæræ Polari frigidissima. Norwegiæ quoque ora maritima mitior est, magisque habitata, quàm ejus mediterranea sylvis ac montibus altissimis circumdata.

Itaque, an terra habitabilis sit, necne, non bene ab antiquis definitum est ex unico tantùm Solis accessu & recessu ad loci verticem; quia, ut ostensum est, non ideo semper aura dati loci magis riget, aut calet, magisque aut minùs habitabilis est; quia Solem vertici imminentem, aut à vertice nimis remotum habet. In zona namque torrida Sol meridianus quot annis bis habitantium vertici incumbit, & toto anno nunquam procul ab eodem recedit: & tamen zona torrida habitabilis est, & aura illius temperata. Item in zona frigida Sol toto anno procul à vertice habitantium abest, & tamen aura habitantibus tolerabilis est, & ipsa terra hodiè que habitata. Sicut igitur natura Solis æstum in zona torrida cæteroquin intolerabilem temperavit primò per altissimorum montium juga. Secundò per ventos & continuum auræ frigidæ ab utroque Polo affluxum. Tertio per statas & diurnas pluvias, & atmosphæræ alterationes. Quarto per situm terræ elevatiorem, secundæ aëris regioni aliquantò viciniorem. Quintò per dies æstate breviores, ac noctes longiores &c., ita rigorem zonæ frigidæ circumpolaris mitigavit primò per ventos Australes, & situm terræ Austro oppositum. Secundò per mineralia calida,

calida, cuiusmodi est sulphur, quibus alicubi terræ ac Insulæ Polo vicinæ imbutæ sunt. Tertio per ignes subterraneos, & Vulcanos, sive montes ignivomos, cuiusmodi unus, Hecla dictus, reperitur in Islandia, & plures alii ad Grœnlandiæ litora olim erant celebrati. Quarto per lumen Solis præsertim è montibus reflexum, quod, quia æstivo tempore Sole totis mensibus nunquam occidente est continuum, in quibusdam Norwegiæ partibus frumentum, licet serò confitam, intra breve tempus maturum efficit. Præ omnibus autem ad inducendum terris frigus aut æstum etiam insolitum servit atmosphæræ impressio: huius enim frequens ac diuturnus affluxus etiam in nostræ Germaniæ partibus insolitos ac mirabiles facit excessus. Inde namque provenit, ut quandoque hyemali tempore, quæ aliàs solet in Germania esse magnum, satisque intensum frigus, adeò intepescat aura, ut subinde mense Decembri audiantur tonitrua, diffluant nives, aperiatur terra, & teste experienciâ in folia & flores prorumpant arbores. E contrario subinde mense Majo, immò & medio adhuc Junio, adeò obrigescit aura, ut exinde nives fat densæ non tantùm montes, sed & agros cooperiant, pruina fructus adurat, & glaciem alicubi paludibus ac fontibus superinducat. Hæc, inquam, insolita temporum, ac auræ permutatio explicari non potest, nisi per insolitum atmosphæræ motum & affluxum. Ubi namque contingit, hyeme planetas omnes, aut saltem ferventiores, magisque humidos & atmosphæræ Australi vicinos inter sese conjungi, exinde fit vehemens illius

rarefactio, & in partem adversam, hoc est, Hemisphærium Boreale impetuosa reflexio. Cùm verò hæc ipsa atmosphæræ Australis reflexio sive fluxus necessariò pervadat zonam torridam, & ab eadem magis incalcescat, antequam ad zonam temperatam, & partes Germaniæ pertingat, idcirco auræ illius frigida superveniens inducit illi quendam teporem, quo vapores frigidos sensim in aquas, & pluvias copiosas ac diuturnas resolvit, quibus terram tandem aperit, & flores ac frutices, quantumvis adhuc flaccidos, provocat, & in apricum producit.

Contrarium accidit æstate, aut saltem verno tempore, ad cuius initium subinde calores experimur insolitos, quos postea consequitur frigus, pruina, nives, & glacies &c. insolitæ, frequentius quidem mensibus Aprili & Maio, rarius mense Junio: cuius rei causa est; quia subinde ad initium veris, videlicet mense Martio planetæ calidi etiamnum infra Æquatorem, & in Hemisphærio Australi consistunt, adeoque notabilem impressionem in atmosphæram Borealem, ipsamque terram & Mariâ Borealia glacie concreta non faciunt. Unde aura etiamnum quieta à Sole Martio incalcescit eousque, donec planetis calidis jam longius in Hemisphærio Boreali progressis, & insuper cum Sole, & inter se conjunctis, & cum primis accedente Lunæ crescentis calore & humore tandem notabilis in vicinam atmosphæram Borealem fit impressio, & terræ Marisque concreti resolutio: tunc enim vapores frigidi ingenti copia è Polo Arctico reflexi unâ cum exhalationibus & vaporibus ex resoluta nive ac glacie prorumpentibus

im-

implent auram nostram, eamque plus solito frigefaciunt, idque tamdiu, donec atmosphæra circumpolari sensim imminutâ, & terrâ suis vaporibus exhaustâ, aura nostra radijs solaribus denuo incalescat.

Ut verò rem non aded cunctis obviam facilius percipias, hanc similitudinem vulgarem accipe. Esto quodcunque vasculum, sive cacabus aquâ frigidâ refertus. Huic igitur vasi quò plus minusve ignis admovebis, hoc citius aut tardius aqua ebulliet, & extra vas erumpet. Item quò diutius vas ad ignem consistet, hoc citius evacuabitur, & plus aquæ evanescet. Rursus, quò ignis remotior erit à vase, hoc aqua tardius ebulliet: quò propius vasi ignis admovebitur, hoc citius vas incalescet, & aqua ebulliet. Admove tandem vasi ignem, & aqua ebulliet, ac tandem evanescet; remove ignem, & aqua superstes iterum conquiescet, & solitum suum frigus repetet.

Tu pro cacabo, aut vasculo zonam frigidam intellige; pro aqua frigida atmosphæram circumpolarem accipe, hoc est, exhalationes ac vapores, quos natura in zonam utramque frigidam tanquam vasa capacia procul & in utrumque orbis terraquei quasi angulum rejecit. Ignem referunt septem planetæ, qui etsi non omnes calore agant proprio, agunt tamen alieno, hoc est, solari reflexo: eosque natura tanquam faces orbi terraqueo accendit, & alterationibus ac generationibus rerum sublunarium providit. Septem igitur hæ faces, sive lampades planetariæ prout motu communi aut proprio magis ad atmosphæram Polarem accedunt, aut ab eadem rece-

dunt, hoc magis aut minus eam rarefaciunt, & ab uno Polo ad alterum reflectunt. Et si quidem Sol ac Luna tantùm hoc officij gereret, tempus & habitudo unius anni ab altero nihil, aut modicè differret: at quoniam etiam reliqui planetæ per vices Soli Lunæque in hoc negotio se conjungunt, & atmosphæra circumpolari quandoque magis appropinquant, quandoque procul ab ea recedunt: subinde plures conveniunt, & calorem adaugent, subinde procul disiunguntur, & longius ab invicem absunt, & quia hujusmodi mutationes ac vicissitudines sunt propemodum infinitæ, idcirco tanta annorum temporumque nascitur diversitas, quòd summum est, & admirabile naturæ artificium.

7. Chile, quæ est Regio Americæ Australis intra grad. Latit. Austr. 25. & 45. sita, vernum tempus habet mensibus Septembri, Octobri, & Novembri: æstatem mensibus Decembri, Januario, & Febuario; autumnum mensibus Martio, Aprili, & Majo; hyemem mensibus Junio, Julio, & Augusto; quæ differentia temporum satis convenit cum cælesti ratione, & Solis accessu atque recessu ad verticem terræ Chilensis, nostræque Europæ est planè contraria. Illud tamen videtur insolitum, quòd teste Varenio, aliisque, in hac ipsa Regione Chile, quæ zonæ torridæ est vicinior, & à Polo Australi longè remotior, quàm Hispania & Italia à Polo Boreali, nihilominus majus quandoque reperiatur hyeme frigus, quàm in multis Germaniæ Provinciis, & tanta nivium copia, ut integræ valles exinde repleantur. Accedit, quòd testentur Navarchi, qui Mare
Au-

Australe sæpius navigando lustrârunt, magnâque partium Australium notitiam acquisiverunt, se in omnibus ferè zonæ temperatæ Australis Regionibus hyeme frigus longè intensius, & æstate calorè longè minorem expertos esse, quàm in Regionibus zonæ nostræ temperatæ Borealis. Huius igitur experientiae ratio alia reddi vix potest, quàm primò quia zona temperata Australis magis videtur patere fluxui atmosphæaræ Australis vicinæ, quàm zona temperata Borealis pateat fluxui atmosphæaræ Borealis. Namque modica terræ portio versùs Austrum hæctenus detecta est, quæ fluxum atmosphæaræ Australis impedire sufficienter non potest, quò minus in zonam temperatam liberè defæviat, & suo frigore, hyemali cumprimis tempore, infestet. E contrario zona temperata Borealis promurò quodammodo ingentem terræ tractum Grænlantiæ, & Spitzbergiæ, item Insulam Islandiam, Novam Zemblam &c., terram quoque dictam Compagnie-Land &c. quibus atmosphæaræ Borealis fluxus plurimùm cohibetur. Secundò quia Regionès zonæ temperatæ Borealis versùs Polum Arcticum sunt latissimè extensæ, earumque partes extimæ altissimis montium jugis obvallatæ interiora & versùs Austrum porrecta defendunt: at terræ zonæ temperatæ Australis versùs Polum Antarcticum porrectæ sunt acuminatæ, & in pyramidem desinunt, nec propterea partibus interioribus eam defensionem suppetunt. Tertiò quia Regionès incultæ & parum habitatæ (ut aliàs diximus) sunt magis frigidæ, quàm eæ, quæ bene habitatæ, benèque excultæ sunt; huiusmodi autem est Regio

Chilensis in partibus montanis & ad Austrum positis, & terra Magellanica Regioni Chilensi versùs Austrum annexa. Quòd verò hoc ipsum inanis conjectura non sit, inde desumi potest; quia Imperium Chinense, quod intra 22. & 42. gradum Latitudinis Borealis situm est, secundum Provincias magis Boreales & Hispaniæ nostræ parallelas hyberno tempore ingens experitur frigus, adeò quidem, ut teste Nicolao Trigautio Flumina bene magna, lacusque glacie concresecant: cuius rei vix alia reperitur causa, quàm quòd Regio Tartariæ Orientalis vastissima, & atmosphæaræ Boreali ut plurimùm exposita, atque propterea inculta, & desertis ac montibus plena, imperio Chinesi versùs Boream annexa sit, quæ cum etiam mensibus æstivis teste P. Ferdinando Verbieft, qui Regionem præfens inspexit, satis frigida sit, ac propterea non nisi à paucis habitata, Imperatoris Sinensis venationibus tantùm deserviat, mirum non est, quòd inde etiam vicinis Chinæ Provinciis aliquid frigoris insoliti accrescat.

Eandem quoque sortem videtur subire, Japonia, quæ intra gr. 31. & 39. Latitudinis Borealis constituta hyemè experitur prorsus frigidam, nive abundat, & Flumina quot annis glacie obducta videt. Cuius rei causam reddit Varenus ex eo, quòd Japonia ex multis Insulis parvo Euripo disjunctis constat, & in Oceano aperto jaceat. Sed quid obsecro ad frigus facit Euripus? & nunquid etiã Insulæ Philippinæ in aperto sitæ sunt Oceano, nec tamen simile frigus experiuntur? Aliunde igitur petenda est huius experientiae & frigoris insoliti

in Regione tam calidâ causa, videlicet; quia Insulis Japonicis vicina est ad Boream terra Jedso montosa prorsus, & satis inculta: præterea quia fluxus Oceani Tartarici, unaque atmosphæræ Borealis frigidæ rectâ irrumpit per Fretum Uriesij ad terram Jedso, & Insulas Japonicas, iisdem, que frigus insolitum inducit.

His accedit experientia, quæ habetur ex nova Francia, quæ est Regio Borealis Americæ intra grad. Latit. 38. & 50 posita, de qua testantur, qui primi eam inviserunt, quod frigus ibi experti sint gravissimum, glaciem & nives copiosissimas, & longè, quàm in Gallia, majores, quæ tamen omnia, ubi terra à Gallia habitari, & excoli cœpit, sensim non nihil remiserunt, & Regionis aura aliquantò mitior habitatoribus esse cœpit. Verùm quidquid de hoc sit, si ipsum terræ situm consideremus, ad oculum patebit, frigus insolitum non tam ex neglectu culturæ, quàm ex vicina Greenlandia & circumpolari terrâ frigidissimâ novæ Franciæ ad Septentrionem objectâ provenire. Ut adèò in omnibus ejusmodi experientiis planè insolitis, & cælesti rationi in speciem sæpe contrariis nullus reperiatur rationalis exitus, nisi recurratur ad utriusque atmosphæræ circumpolaris motum, fluxumque tanquam legitimam ejusmodi exoticorum effectuum causam.

Verùm quia hi ipsi effectus sive exorbitantiæ non semper pari passu incedunt, sed etiam in novâ Franciâ, Japoniâ, Chinâ, & Chile &c. ejusmodi frigora quandoque majora sunt, quandoque minora: quandoque ferius, quandoque citius ingruunt, aut finiuntur, ea planè ratio-

ne, qua in nostra solèt Europa fieri, idcirco hæc ipsa tandem differentia in causas cælestes referri debet, sine quibus nihil horum rationabiliter explicari, aut resolvi potest.

Aphorismus XI. Effectus conjunctionis major vel minor, item tardiùs aut citiùs consequitur ad variam dispositionem & temperamentum corporum præsertim viventium, Cùm enim spiritus sint potissima instrumenta, quibus operantur animalia, sintque subtilissimi, & ad omnem motum aptissimi, mirum non est, quod ab influxu cælesti, quantumvis subtili nihilominus tam facilè moveantur, & alterentur. Quia tamen pro varietate corporum spiritus tam vitales, quàm animales sunt valde diversi, idcirco mirum non est, quod multa corpora sentiant quoscunque etiam leves siderum influxus, & atmosphæræ alterationes, non item alia.

Ita primò valentes & sani, cum primis juvenes minùs sentiunt motus & alterationes atmosphæræ, siderumque influxum; quia spiritus adhuc habent integros, vegetos, agiles, sanos, & illætos, qui sine difficultate moventur, & in sano corpore sine obstaculo atque dolore circumaguntur. At verò fracti senes, morbidi, male sani, maniacy, ac lunatici ad omnem propè Lunationem & atmosphæræ mutationem mutantur, & alterantur etiam ipsi, hoc est, malè habent, affliguntur, & cruciantur: quia, cùm quorundam spiritus sint languidi, aliorum maligni, & exacerbati, vel atrâ aut flavâ bile infecti, excitari aut commoveri non possunt sine magno nisu, dolore, ac difficultate, idque ex duplici capite: imprimis,

Ff

quia

quia ipsimet spiritus exacerbati sua malignitate etiam afficiunt malè organa, & partes corporis, per quas circumferuntur: deinde ipsa quoque organa, & partes corporis morbidaæ atque correptæ motum naturalem spirituum vel omnino sistunt, vel certè difficilem, ac dolorificum reddunt.

Secundò eisdem siderum influxus, & atmosphæræ alterationes magis experiuntur, quibus totius corporis structura, & proinde ipsimet spiritus sunt paulo subtiliores, quàm qui sunt crassioris Minervæ, ac genij aliquantò durioris: cuiusmodi discrimen etiam est inter eos, qui ingenio multum operantur, & inter eos, qui manibus laborant, & corpus tantùm exercent: priores enim multum operando nobiliores ac saniores spiritus depascunt, & peiores retinent: posteriores malignos ac deteriores consumunt, & meliores reservant. Unde priores multum operando deficiunt, posteriores multum laborando sani persistunt. Porro etiam luxus, & vita bestialis spiritus saniores corrumpunt, & tenuis victus & alimenta crudiora subtiliores spiritus non suppetunt. Dictorum autem ratio est; quia sicut duriora & graviora corpora, videlicet ossa, lapides; metalla &c. difficilius moventur, & alterantur, quàm corpora leviora, ac subtiliora, cuiusmodi est fumus, vapor, & exalatio &c., ita spiritus crudiores ac crassiores difficilius moventur, & alterantur, quàm spiritus tenuiores, ac subtiliores. Certè culices, ac muscæ &c., utpote animalcula tenuissima, quamvis levissimam atmosphæræ alterationem præsentiant, quam nec

bos, nec asinus, nec elephas, aut dromedarius tam facilè animadvertunt. Neque mirum est; quia nulla primarum qualitarum, calor videlicet, frigus, humiditas, ac siccitas (ex quarum excessu omnis ferè oritur atmosphæræ alteratio) tam citò penetrare potest, aut alterare corpus aliud quod vastum, atque obesum, sicut potest pervadere, & immutare corpusculum tenue, atque subtile.

Tertiò cum mollior plerumque, magisque delicatus, vel potius debilis sit sexus fæmineus, quàm virilis, mirum non est, quòd maior, ac frequentior in illum, quàm in hunc cadat alterationum, & cælestium influxuum sensus. Eadem differentia ferè notatur etiam in diversis nationibus: magis enim in navigationibus & itineribus longinquis durant, minúsque in exteris & Indiæ Regionibus affliguntur, & alterantur atmosphæræ impressionibus Hispani & Itali, quàm Galli & Germani; priores namque ad patrium calorem magis indurati, posteriores verò molliores, magisque sensibiles evadunt.

Quartò ad influxus cælestes & atmosphæræ alterationes quædam temperamenta, sive naturæ facilius commoventur, & alterantur, quàm aliæ; magis enim, citiusque commoventur, & alterantur naturæ calidæ, ac biliosæ, quàm frigidæ & phlegmaticæ; semper enim minor sensus inest frigidis, quàm calidis, & hæc facilius excitantur, ac commoventur, quàm frigidæ ac somnolentæ, ad quas excitandas & commovendas opus est quadam vi majore, ac violentiâ.

Sunt denique innumeri, qui quantumvis ab astris & atmosphæræ motibus multas patiantur alterationes,

ni-

nihilominus falso sibi persuadent, eadem non à causis supernis, sed ab aliis imaginariis originem desumere. Atque hoc ideo; quia vel rerum Astronomicarum peritiam nullam habent, & proinde, ut jam moris est, contemnunt, quod nesciunt, sive blasphemant, quæ ignorant; vel quia hæc naturalia pari passu merentur cum nugis & fallaciis Astrologiæ superstitiosæ, & judiciariæ, cuius inania effata non immerito exploduntur, ac proscribuntur. Idcirco neglectis causis cælestibus infra Lunæ concavum causam & originem requirunt. Sunt etenim non pauci, qui, ubi alterationem corporis animadvertunt, illico cibum, aut potum in suspicionem trahunt. Aliis semper in culpa aut suspecta est aëris intemperies: jam aura affligit humida nimis, jam nimis sicca cruciat; nunc malum prodit ex frigore, aliàs ortum ducit ab æstu & calore. Nonnulli striges accusant: alii alias comminiscuntur causas suarum alterationum, & cum veriores ignorent ob imperitiam, qua laborant, rerum Astronomicarum, falsas sibi ex quavis imaginatione confingunt. Inficias hic non eo, multos etiam gravissimos morbos & mala corporis ortiri ex immodico cibo, potuque; præterea satis quoque compertum est, à nimio frigore & æstu, humido ac sicco quandoque animalium corpora graviter affligi; sed nec illud universim negari potest, quin striges aliquando suis veneficiis noceant, & mala grandia corporibus accersant. Hæc tamen fieri communiter non solent; quomodo enim fieri potest, ut cibus, quem centies & millies aliàs sine nocumento, hodiè que sine excessu

sumpsisti, altera die stomachum affligat, febrim, aliūve morbum inducat? cur enim aliis ex eadem patina, ciboque sumentibus idem malum non accidit? qua ratione tempus pluvium, aut frigidum hodie tibi nocuit, aliàs verò millies non obfuit? & cur modò malè habes tempore pluvio, ac frigido, qui aliàs doluisti tempore sicco, calido, ac fereno? item cur aura humida aut frigida modò tibi obfuit, aliis verò centenis ac millenis nocumento non fuit? Certè quidquid excuses, locum idipsum replicandi concedes, nec difficultatem effugies, quamdiu ad ultimum horum motuum principium, planetas videlicet, non devenies.

Eadem ratione audies non rarò, hunc quidè certo tempore abundare sanguine, alium à bile atra, tertium à flava torqueri. Causam huius differentiæ si requiro, tu mihi temperamentorum diversitatem repones; sed difficultatem non tollis; quæro enim, cur hoc tempore & nò alio huic quidem sanguis abundat, illi flava, alteri atra bilis exuperat, quantumvis nullus eorum excessum ullum faciat? Ad hoc fortasse tempus vernum, aut æstivum certè pro causa dabis. Sed dic amabò, cur hoc ver, vel hæc æstas in culpa est, cum plures aliæ huic omnino similes (Sole tantum spectato) tibi, aliisq; innoxia præcesserint, & haud dubiè subsecutura sint?

Probè nòrunt Medici, grassari quandoque certa mala, morbosque, à quibus non omnes, sed multi patiuntur, qui tamen nec in eadem mensa, nec sub eodem tecto, nec in eadem urbe, aut Provincia cohabitant, & proinde nec à cibo aut

potu; nec à cognato sanguine aut educatione, nec ab humido aut sereno aère similia provenire necesse est. Immo pauci reperiuntur adeò sani & valentes, atque in eadem valetudine adeò constantes, qui, quantumvis excessum non faciant in victu, nec affligantur à tempore aut homine, non sint tamen subinde magis morosi, subinde magis excitati, ac læti, subinde magis somnolenti ac tristes & stupidi, subinde magis prompti & expectati, quod porissimum in spirituum tum animalium tum vitalium constitutionem diversam referendum est, qui à causis supernis quandoque animati, quandoque oppressi, subinde serenati, subinde turbati, sæpe languidi, sæpe concitati, nobis etiam invitis operationes nostras meliores aut deteriores reddunt.

Sed horum omnium, ut dixi, longè alias causas sibi confingunt illi, qui rerum Astronomicarum planè incurii, aut imperiti, sani semper atque robusti sunt. At magis ista credunt & sentiunt, qui infirmâ utcumq; sunt valetudine, & subinde ad soli⁹ tantum Lunæ mutationes etiã vulgo & agricolis notas sese reflectunt, & alterationes suas cum Lunationibus conferunt. Plus aliquantò deprehendent illi, quibus est major rei Astronomicæ pericia, & constans observatio, & qui non tantum Lunæ, sed aliorum quoque planetarum aspectus cum rerum sublunarium alterationibus sæpius conferent: quod enim una non prodit observatio, detegit altera; qui verò constantiam non habet in Astronomicis observationibus, parum aut nihil unquam in Astrologicis proficiet.

F I N I S.



IN-